

Handwritten text on the left edge of the page, possibly a page number or a reference mark.

Handwritten text on a small label or piece of paper attached to the left edge of the page.



VIII, 33.

2.245.

200

225-5

50. 10

D. A. O. RIVINI

D. M. H. R. N. V. O.

DE

LIPSIENSIS

PESTE

Anni 1680.



Verlag des Verlags der Buchhandlung  
Scheidt & Junfermann

L

P



D. A. Q. RIVINI  
*DISSERTATIO*  
DE  
LIPSIENSI  
PESTE  
Anni 1680.



Prostat apud Laur. Sig. Cörnerum  
Bibliopol. Lipsienf.

D. A. O. RIVINI


MDCCCLXXXVIII

DE

LIBRARIIS

CAESTE

APRIL 1880



Probst und Herr. St. Cernich

PERILLUSTRI  
AC  
GENEROSISSIMO DOMINO  
DOMINO  
**CAROLO**  
LIBERO BARONI  
A FRIESEN,  
DYNASTÆ IN RÖTHAU, KOT-  
TA ET GESCHWITZ,  
*SERENISSIMI AC POTENTISSIMI*  
ELECTORIS SAXONIÆ  
COMITI  
AC CONSILIARIO INTIMO  
PROTOSYNEDRII ELECTOR.  
DRESD.  
UT ET CURIÆ SUPR. PROVINC. LIPS.  
*PRÆSIDI EMINEN-*  
*TISSIMO.*  
DOMINO MEO GRATIOSISSIMO



## DEDICATIO.



Vandoqvidem  
Nomen Tuum,  
GENEROSISSI-  
ME BARO uni-  
versus orbis literarius ex  
merito admiratur atqve  
colit, quippe quod sublimi-  
or sapientia non minus  
quam generis splendor  
undiqve Illustrissimum  
reddit; ita nec mihi tem-  
perare potui, quin Ei præ-  
sentem dissertationem in-  
fi-



DEDICATIO.

signum humillimæ subje-  
ctionis consecrarem. Ne  
irascaris idem Tibi accide-  
re, quod Soli, cujus radi-  
is digni pariter & indigni  
fruuntur. Me verò jam,  
tùm beatissimum reddes,  
si modo Vultum Tuum su-  
spicere ac venerari conce-  
sum erit, qui satis intelligo,  
nec meam tenuitatem,  
neqve hunc immaturum  
ingenii abortum mereri, ut  
in aspectum Ejus longè ful-  
gidissimum prodeat. DE-  
us Te fervet, Eminentissi-  
mum Aulæ Saxonicae De-  
cus,

DEDICATIO.

cus, Patriæ nostræ at-  
que Academiae Præsidi-  
um unicè desideratum: su-  
peraddatætati Tuæ annos,  
quos forte futuros spero

PERILLUSTRIS

GENEROSITATIS TUÆ

*Dab. Lipsiæ.*

*d. 5. Decemb.*

1681.

humilis servus,

D. Augustus Quirinus Rivinus.



Lectori Candido

S. P.



Vanquam de Peste ad nau-  
seam pene scriptum sit, non  
potui tamen, quin meas quo-  
que de eadem materia cogi-  
tationes corollarii loco subnecterem.  
Cum enim anno praeterito eadem lues  
apud nos grassaretur, contigit mihi  
ocasio observandi ac meditandi va-  
ria, quorum communicationem non-  
nullis gratam atque proficuum cre-  
didi. Scilicet quae vulgò de Pestis  
natura, causis, ratione praeservan-  
di & curandi traduntur, potissimum  
ab iis, qui vel pestem ipsam nun-  
quam

hus.

quam viderunt, vel saltem conuen-  
 tibus oculis, præ contagii mortisque  
 metu, ea juxta experientie normam  
 examinare accuratius volui, non  
 quidem alium in finem, quam salu-  
 tem proximi.

**Lege & judica.**

**CAP.**



P



fo  
 ex  
 cli  
 na  
 cu  
 du  
 ne  
 qu  
 ju  
 en  
 tu

(I.)



## CAPUT I.

DE

# PESTIS NATURA.



Idicimus, eheu! non sine periculo, quænam pestis natura sit, & quanto, præ aliis morbis, impetu furoris sæviat. Vidimus embryones adhuc tenerrimos suffocari peste, atque per crebriores abortus excludi, matre insimul non parùm periclitante. Quoties puerperam cum recens nato infante, virum cum uxore, parentes cum liberis, fratres atque sorores unà eduxerunt vespillones? Adeò nulla ætas nec sexus à lue ista excusare aut tueri quenquam potuit. Decesserunt è vita juvenes æque ac ii, quos ultima senectus enervaverat; Veneres formosæ cum vetulis, fæminæ marito gratæ cum viduis defertis.

A

fertis.

fertis. Quid, quod nec viris quamvis robustis pepercit commune malum? Nec aliam fortem experta sunt corpora perfecte sana atque florida, quam cacochyma morbosque chronicos jamdudum passa. Nihilominus non una semper sed multifaria pestis visa est, tum in principio circa invasionem, tum in vehementia & multitudine symptomatum, tum si bubonum, carbunculorum, vibicum & petechiarum diversitatem, velocitatem cursus, vel eventum spectes: Circa invasionem observavimus eam plerumque subitanam, quandoque vero lentam quodammodo fuisse. Multi enim in momento, quo infectionis occasio sese obtulit, horrorem, tremorem artuum, capitis dolorem atque vertiginem, anxietatem praecordiorum &c. experti sunt, ita ut nullam interpositam moram lectum petere necessum haberint. Quidam diem unum vel alterum adhuc inceserunt pallidi atque langventes usque, donec febris accederet.

Rationem hujus diversitatis oriri partim a subjectorum, partim a causarum varietate deprehendi: Qui timidi erant ac  
infirmi

infirmiores, ii confestim cum desperatione cubitum discedebant, quamprimum à levissima causa tantillum moverentur; dum alii paulò animosiores magisque robusti adhuc diu malum celabant. Deinde qui ex subitaneo & vehementi terrore conturbabantur, hos è vestigio penè corruisse vidi. Ast qui ex crebriori cum ægris conversatione inficiebantur per fœtoris nauseam, in iis tardo magis gradu contagium incedebat, ita ut ex vultu vulgus quoque præsciret chirurgus vel Pastoris pestilentiali imminens periculum, quamvis fatis alacriter per plateas ambularent.

Dubium ergo non est, quin pestis aliquandiu latere possit, quod tamen multis vix credendum videtur; propter celerimum quod ei assignant venenum. Non opus est, ut plura hanc in rem testimonia Medicorum colligam, cum quotidiè id observare potuerimus; meretur tamen præ ceteris annotari Histor. CIII. Diemerbrœck. quam in tr. de peste p. 351. recensuit: videlicet nobilem virum ab obitu sororis tres menses circumtulisse contagi-

um, ac modò gravativum capitis dolo-  
rem, modò lassitudinem ac debilitatem  
corporis, modò inappetentiam; sed conti-  
nuam ferè cordis anxietatem interim sen-  
sisse, donec tandem ingravescentibus his  
symptomatibus bubo ingvinalis superve-  
niret, qvo lege artis curato, accidentia e-  
vanuerunt.

Videant alii, qvo pacto se expedi-  
ant qvi pestilentielle virus cum napello, a-  
conito vel arsenico comparare amant.  
Mihi profectò difficile non est creditu, ide-  
am pestis diu latere posse in homine, an-  
tequam effectum aliquem edat, cum in  
reliquis morbis Archealibus, specialiter  
in hydrophobia, id sæpius annotetur,  
eam per plures non modo dies atqve  
septimanas, sed & menses atqve annos  
occultari.

Hæc de pestis principio monenda  
erant, qvibus addo, variis id quoque  
modis sese manifestare. Conqveruntur  
enim quidam ab initio de capitis dolore  
aut vertigine, vel de angustia aut palpita-  
tione cordis, vel anorexia atqve fastidio  
ciborum,



ciborum, de vomitu, dolore lumborum acerbo, lassitudine artuum atque prostratione virium subitanea. Quidam post horrorem æstum ilicò intensissimum cum siti inextingvibili patiuntur, alii lipothymias. In paucis exanthemata, ac præsertim bubones erumpunt, antequam ulla alia contagii nota in iis observetur.

In augmento morbi jam dicta symptomata crescebant ac malignitatem testabantur non obscure. Præ ceteris ingens anxietas præcordiorum notabatur, apud omnes ferè: in quibusdam continua, quæ nec à sudore nec ab excretionibus exanthematum imminuebatur; in aliis remittebat interdum, & recurrebat vel irregulariter, vel per certas quasi periodos. Cum hac cordis anxietate conjungebatur æstus potissimum internus, atque ideo lingua arida sitisque insatiabilis in ægris observabatur, quamvis in paucis calor externus deprehenderetur. Accedebat inquietudo & jectigatio continua, difficilis & suspiciosa respiratio, item tremor artuum motusque convulsivi.

In nonnullis profundus sopor, vel post agrypniam aliquot noctium deliria superveniebant horrenda, in aliis vomitus vel alvi fluxus, vel hæmorrhagia multumpe-riculosa.

Sed in his jam enumeratis, quia etiam in malignis febribus extrà pestem observantur, non sum prolixus, pergo potius ad tumores & exanthemata illa pesti magis propria, nempe bubones, carbunculos, petechias & vibices. Bubones occuparunt loca consveta, glandulas nempe conglobatas, ponè aures, circa collum, sub alis, in poplitibus, femore & ingvine. Ingvinales & subalares omnium fuerunt frequentissimæ; nec raros observavi bubones circa femina hærentes, quorum mentionem cur plurimi non fecerint, miror. Videri tamen potest Wolffg. Gabelchov. Cent. V. cur. 80. 81. 84. 87. & Zac. Lusit. Praxi admir. L. 3. obs. 39. p. 105.

Prætereà notavi bubonem quandoque sine febre, quales etiam Diemerbr. p. 266. & Barbette p. 408. observârunt. Memorabiles mihi videntur casus seqq. Filia factoris, annorum fortè 6. primò tertianâ laborat,

laborat, sed restituitur à me; post dies fe-  
rè 21. bubone vexatur subalari absq̄ve ullo  
alio symptomate, ope chirurgi post sup-  
purationem curatur perfectè intrà binas  
septimanas: elapso iterum octiduo, post-  
quam in aërem liberum egreditur, febre  
corripitur pestilentiali, sed tùm quoque  
evadit meo consilio intrà paucos dies. Du-  
bitari hîc possêt, an malignitas latitârit, do-  
nec à frigore ambientis aëris excitaretur,  
an verò buboni primùm non conjuncta  
atq̄ve de novo nata fuerit, quandoquidem  
paterna domus infectione non carebat.  
Ancilla aliùs familiæ post levem horro-  
rem bubonem inguinalem sentit, qui cum  
insigni dolore accrescebat, ipsâ de cetero  
salvâ, nisi quod levem cephalalgiam pate-  
retur; postquam verò unum alterumve  
sudoriferum adhibuissèm, aperitur tumor  
intrà quatrimum: patriam adit demissa  
nec alio quàm emplastri convenienti  
præsidio instructa, redit paulò post perfe-  
ctè sana, mihiq̄ve contestatur, se à primò  
horrore nil mali amplius sensisse.

Deinde circa bubones quoque no-  
tandum est, non omnes ad maturitatem

A 4

pergere.

## DE PESTIS

pergere, sed eosdem quandoque feliciter  
resolvi per sudorem atque externa discu-  
tientia, vel etiam infeliciter evanescere,  
ac quasi retrocedere, post venæ sectio-  
nem, vomitus crebriores & alvi fluxus,  
uti & à terrore superveniente, ac ple-  
rumque à refrigerio. Atque sic, ubi ma-  
lignitas nondum extincta est, mors subi-  
tanea sequitur aut nihilo meliores pete-  
chiæ nigræ, vel purpura, quemadmodum  
non semel videre contigit.

Quoad petechiarum colorem, no-  
tissimum est, alias esse nigras, alias plum-  
beas & lividas, alias purpureas, ad for-  
mam lentium. Videre tamen mihi li-  
cuit in ancilla, quæ carbunculum sub um-  
bilico, bubonem in inguinis utroque latere  
simul & in dextro femore alebat, maculas  
sanguinolentas ad magnitudinem Joachi-  
mici, quæ durante paroxysmo primarum  
dierum antemeridiano apparuerunt in  
collo brachiisque; atque tunc ægra quendam  
dolorem ardentem minus vehementem  
percepit, sed evanuerunt iterum, ac per a-  
liquot dies melius habere cœpit; die 14.  
accessit purpura alba, finemque vitæ fecit  
die

die 17. Conferri hæ maculæ possunt cum  
iis, quas Felix Platerus L. 2. prax. c. 2. &  
Paulli in Digress. de febr. malign. p. 21. an-  
notârunt.

Sed rarissimum est, quod nunc seqvi-  
tur. Cùm in principio nostræ luis visita-  
rem virum honestum, qui per 9. dies o-  
mnimodam ac repentinam virium pro-  
strationem, inappetentiam & agrypniam  
patiebatur, cum inquietudine periodica ac  
levi delirio, citrà æstum atq; cordis anxie-  
tatem, ecce filiola 8. annos nata conqueri-  
tur de cephalalgia & lassitudine artuum,  
quæ proinde in lectum se recipit, datoq; ve  
sudorifero monstrat maculas rotundas  
plures, potissimum circa femora & in ab-  
domine; erantq; maculæ istæ secundum  
colorem obscuriores iis, quas epaticas vo-  
cant, secundum magnitudinem pisa mayo-  
ra æmulabantur, ita ut guttis aquæ limosæ  
aspersa videretur. Apparebant autem ma-  
culæ horis incertis, & quamdiu cerneban-  
tur, tamdiu melius habebat puella; sur-  
gens itaq; non semel per unam alteram-  
vé horam cubile deseruit; atq; interim  
disparuerunt maculæ; tunc lectum  
A 5 repe-

repetens capitis dolore & calore miti vexabatur, usque dum rursus expellerentur petechiæ. Verum iisdem usa cum patre alexipharmacis, intra 14. dies perfectè cum eo convaluit.

Dabitavi primùm de natura harum macularum, præsertim cum non tantùm scorbuticas in febricitantibus, sed & in tertianis rubicundissimas, petechiis malignarum perfectè similes, aliquoties conspexerim. Imò & præteriti anni vere notaveram in manibus ac imprimis pectore Studiosi maculas lividas instar morsus cimicum elevatas, (quales colore sanguineo in mulieribus quibusdam extrà febrem antea videram sed non nisi in tribus primis tertianæ paroxysmis; ante septimum desinit febris. Nihilominus de illis puellæ maculis idem judicandum credidi, quod de obscurè purpureis extrà febrem petechiis pueri cujusdam sensit Diemerbr. p. 205. nempe si bubones & carbunculi absque febre observantur tempore pestis, non absurdum est dari quoque petechias tales, quamvis rarissimè. Non dicam mentu contagii plenam semper fuisse istam domum,

dom  
mer  
fœt  
die  
rint

mo  
cert  
univ  
bus  
re.

eo  
cul  
fuit  
891.  
puli  
bus  
con  
pro

run  
falte  
run  
res  
jace  
nig

domum, quoniam in eâ undiqve adductæ merces indicabantur ab aurigis, quorum fœto rmaximè suspectus erat, ut & quotidiè suffumigando eundem expelli curaverint diligentissimè.

Quod carbunculos attinet, moneo primò de earum sede, eos non ut bubones certis tantum in locis deprehendi, sed in universo corporis ambitu, imò & in partibus internis & visceribus non rarò hæere. De ventriculo vulgò notum est, in eo post sectionem cadaveris stigmata maculasque nigricantes crebrius observata fuisse. Videatur Helmont. p. m. 867. & 891. & Diemerbr. p. 272. Simile quid in pulmonibus & corde reliquisque visceribus dubio procul sæpius occurreret, nisi contagii metus curiosiorem anatomiam prohiberet.

Deinde circà originem carbunculorum tenendum est, plerumqve pustulam saltem rubicundam vel nigram in cute erumpere, sed summè dolentem, aut plures minores, sub quibus mortificatur subjacens cutiscum carne, ut crustam referat nigram omninò insensatam; atqve hoc malum

malum indies latius serpit ac, nisi extir-  
 gatur, instar gangrænæ vel sphaceli par-  
 tes vicinas depascit horrendo spectaculo.  
 Quandoque verò datâ occasione, v.g. vul-  
 nera vel fontanellas occupat, ita ut à gan-  
 græna distingvi non possit, nisi per conjun-  
 ctam febrem pestilentialem.

Ejusdem conditionis sunt vibices, qua-  
 rum varias vidi, nunc quidem in sura obli-  
 quam absque carbunculo & bubone, nunc  
 à poplitis bubone ascendente ad bubo-  
 nem inguinalem ejusdem lateris, nunc à  
 carbunculo pollicis extensam per inte-  
 grum brachium, ita ut cometam cauda-  
 tum non malè repræsenteret. De aphthis  
 hoc saltem addo, me unicum vidisse, qui in  
 ædib<sup>9</sup> summe infectis eas patiebatur cum  
 profundis lingvæ fissuris, in febre pestilen-  
 tiali, sed absq; ullo bubone vel carbuncu-  
 lo. Et quanquam de dolore dorsi & coxen-  
 dicis gravissimo per plures dies conquere-  
 batur, restitutus tamen est absque omni  
 excretionem manifesta.

Porro qui pestis velocitatem confi-  
 derat, deprehendet eam inter morbos a-  
 cutissimos primatum ducere; etenim ple-  
 rumque



rumque ante septimum diem finitur, ac moriuntur ægri sæpissimè quartâ, tertiâ, secundâ, imò & primâ die. Si qui autem ope medicamentorum in plures afferrentur dies, neque tum satis tuti sunt; vidi ad aliquot hebdomadas quosdam miseram protraxisse vitam, ac nihilominus, quando optima sperarent, interiisse. De recidiva nihil dicam, quam sanè aliquoties novimus periculosissimam fuisse atque lethalem, quoniam in corpore jam enervato natura insufficientis erat ad debellandam malignitatem.

Ut enim de eventu quædam adhuc subjungam, certum est, in luis nostræ principio omnes ferè pestilentiam decessisse, nisi sudore statim provocato intra primas horas restituerentur; tumque ingens omnium erat desperatio. Mitigavit autem metum mali diuturnitas, cumque aliquos evadere audirent ægri, fortunæ sese commiserunt, nec frustra. Atque ita successive vires amisit pestilentia, donec tandem circa finem illius anni penitus cessaret, annuente divinâ

Gratiâ.

CAP.

## CAPUT II.

DE

## CAUSA PESTIS.

IN hoc ferè omnes consentiunt Medici, pestilentiaë causam esse contagiũ quoddam malignum; ubi verò hujus natura explicanda est, tunc sanè non levis observari potest dissensus. Pleriqve suo satisfacisse officio existimant, si modo inter venena numeratum fuerit, quanquam non exprimant cujus sit generis. Quidam cum Mastaria, Fracastorio & Augenio putredinem accusant, atqve venenum vel ex putredine nasci cum Eustachio Rudio, vel ad putredinem disponere cum Minderero putant. Alii cum Kirchero retinent quidem putredinem, ast eam animatam & verminosam potius, quam venenosam dicunt, ideo quod ope microscopii in bubonibus vermiculi, imò & majores vermes in corde aut cerebro non raro observentur. vid. Boneti Sepulchretum p. 1502. & 1516. it. Misc. Nat. Cur. Ann. I. obs. 13. p. 56.

Alii

Alii  
cor  
tion  
tum  
bub  
fal v  
crim  
erub  
nos  
Vix  
qvi  
xit,  
rem  
in l  
feni  
hec  
par  
nur  
nap  
  
coe  
info  
dar  
hal  
mi  
mi

Alii acrimoniam contagii pestilentialis corrosivam urgent, ad cujus demonstrationem Viennæ institutum est experimentum à D. Joh. Bapt. Alpruni, qui ex resecto bubone opè ignis præter aquam oleumq; sal volatile foetens destillavit, nec hujus acrimoniam cum aqua regia comparare erubuit, quæ tamen procul dubio ad urinosa magis quam acida referri meretur. Vix igitur dissentit à Fr. de le Boë Sylvio, qui in suo de peste tractatu prolixè deduxit, sal volatile acre esse pestis causam. Parem industriam adhibuit Carolus de la Font in Dissert. de venen. pestil. ut probaret arsenicale virus in peste dari: quod ipsum nec Paulo de Sorbait displicet, quamvis particulariter tantum illud admittat, atque nunc arsenico, nunc antimonio, aconito aut napello assimilet.

Originem istius contagii nonnulli à cælo petunt, potissimum à conjunctione infelici Jovis, Martis atque Saturni. Quidam terram potius damnant, ejusque exhalationes virulentas præsertim è fodinis mineralium ascendentes. Alii cadavera militum, boum, balenarum, crocodilorum,

dic  
vod-  
tura  
fer-  
atis-  
ve-  
on-  
am-  
pu-  
el ex  
, vel  
rero  
qui-  
n &  
n di-  
in-  
ver-  
fer-  
1502.  
p.56.  
Alii

rum, avium, serpentum atque locustarum, imò & cannabem atque linum fœtens accusant. Confer. Kirch. p. 6. & seqq. Ab his effluviis venenosis vel putridis existimant aërem primùm corrumpi, atq; tunc vel immediatè inter respirandum attrahi miasma contagiosum, vel unà cum aquis, fructibus arborum & oleribus inde infectis assumi.

Est enim triplex iis via, quâ contagium pestilentielle in corpus nostrum se insinuare possit, nempe prima per gulam ad ventriculum, altera per asperam arteriam ad pulmones & cor, tertia per cutis poros ad partes omnes conclusas. Susceptum his modis venenum motu quasi fermentativo sese extendit atq; multiplicat in corpore, & juxtà quosdam coagulat statim sanguinem succosque laudabiles; secundum alios resolvit eosdem atque disponit ad putredinem: aut propter acrimoniam insignem corrodit, quamcunqve partem fortè attigerit.

Haëtenus ex mente aliorum; Nemo est, qui suam hypothesein satis speciosè non explicet ac probet; patitur tamen quævis earum

earum suas difficultates, easque non leves.  
 Primò quod causam pestis attinet com-  
 munitè creditam, nempe contagium,  
 moneo in genere, plures peste corripì ci-  
 trà contagium reale, adeoque saltim cau-  
 sam minùs adæquatam & universalem es-  
 se, etiam si in quibusdam locum ei conce-  
 damus. Narrat Matthæus in Qv. 86. Diff.  
 Med p. m. 253. se Benshemii, Electoralis  
 Palatinatûs oppido, anno 1591. spectasse  
 ancillam hospitii ad arcum aureum in pe-  
 stem incidisse, eò quod nocte quadam via-  
 torem ægrum curru advectum mori vi-  
 derat, sibiq; quod peste obiisset, firmis-  
 sime persuaserat, cum tamen nulla pestis  
 luestum temporis usquam grassaretur.  
 Similem historiam in recens edito de pe-  
 ste tractatu non ineleganti p. 188. recenset  
 noster M. Joh. Christ. Hahn; nempe cum  
 è pago Dresdæ proximo villica quædam  
 ad lustrandum fruges egrederetur, ac for-  
 tè arva civis Dresdensis præteriens, spi-  
 cam clavib<sup>9</sup> ad latus gestatis adhærentem  
 reportaret, factum est, ut domum reversa  
 ex aspectu spicæ vehementi terrore per-  
 funderetur, quòd sciret, hujus frumenti  
B
Domi-

Dominum contagio sublatum; ægrotat, igitur confestim, ac brevi post ad plures abit. Ecquis verò non videt imaginatio- nis vires absq̃ve contagio has sustulisse; plura exempla postmodum sequentur.

Qui putredinem pro causa pestis ha- bent, sciant, hanc non rarò instar fulminis in momento quosdam necare, intrà quod temporis spatium nulla putredo contigit; interim non inficior, quandoq̃ve eam uti & vermes supervenire tanquam morbi productum. Porro omnia per ignem demonstrare aut per sapes expedire, velle, æq̃ve ineptum est. Certa profectò cuiq̃ve rei norma debetur, nec quisquam adeò est insipidus, ut lapidum pretioso- rum auriq̃ve valorem lingvâ explorare, aut citharæ excellentiam in furno docima- stico experiri velit. Idem agunt qui mor- bos archeales, quorum non ultimus pestis est, eorumq̃ve causas igne tentant atq̃ve cum adeò crassis salibus venenisq̃ve com- ponunt.

Secundò: circa Astrologorum opi- nionem de siderum influxu nihil habeo, quod addam, quia falcem nolo in alienam messem

messem immittere. Optarim attamen  
his duabus quæstionibus satisfieri, videli-  
cet, quamobrem illa conjunctio non sem-  
per pestem inferat, ac deinde, cur non o-  
mnia simul loca, iisdem sideribus atque  
signis subjacentia inficiantur. Vid. Carolus  
de la Font. pag. 19. usque 44. Helmont. p.  
838. seqq. & Diemerbrœk. p. 30. Sed mis-  
sis quæ supra nos existunt, pergamus ad  
ea, quæ infra nos è terræ fodinis oriuntur.  
Atque hic omnino ambigere licet, an ad  
pestis productionem quicquam conferre  
possint effluvia arsenicalia. Non nego ab  
his multum damni metallurgos pati, nem-  
pe phthisin, contracturas &c. ast pestilen-  
tiam inde nasci nondum liquet. Mirum  
profecto foret ea loca, in quibus fusio me-  
tallorum arsenicique sublimatio sæpius in-  
stituitur, à peste tuta, & vicissim alia, pro-  
cul hinc distita, peste infecta fuisse. Idem  
hoc respondeo iis, qui credunt à fœtore ca-  
daverum putrido oriri pestilentiam; ve-  
lim enim nosse, quare carnificum domici-  
lia non semper peste vexentur. Quis non  
videt per accidens saltim sequi istum effe-  
ctum, quandocunque scil. inter tot millia  
B 2 militum

militum fugâ simul & fame exanimato-  
rum, quidam repente, corruunt, tum certè  
metus & suspicio contagii accedente præ-  
sertim naüseabundo fœtore, ilicò sequun-  
tur. Paucis: nullus fœtor per se pestem  
gignit, occasionem tamen eidem præbere  
potest.

Hæc de origine pestis dicta sunt, se-  
quitur ut tertio de subjecto primùm affe-  
cto & infecto, nempe aëre, quædam sub-  
nectam. Horrendum est, quod Sorbait  
in quæst. 7. refert, auram in Viennensi peste  
tantam eamq; ineffabilem redoluisse fœ-  
ditatem, ex mortuorum putredine, ut ne-  
mo non aërem liberum abhorruerit. Ad-  
hæc dolendum est, quod in quæst. 8 sub-  
jungit, non tantum passeris Canarienses  
in suis caveis expirasse, sed & alaudas,  
mensæ delicias, defecisse isti regioni. Ast  
nemo credat id perpetuum esse, quod ini-  
bi negligentia, insufficientia aut petulantia  
vespillonum commisit. Absit! Pudet  
ergo me audire, quomodo aër undiq;ve  
accusetur. Hic Lipsiæ, quod dissimulare  
nequeo, quanquam per omnem æstatem  
serenitate cœloq; maximè grato fruere-  
mur,



mur, incepit tamen omnis ferè populus, à prima statim infectionis nota, tam largum excitare fumum in ædibus, ut citrà suffocationis periculum quandoq; eas intrare vix potuerim. Idem metuebant, qui peregrè ad nos venerunt, & quandoquidem aërem densum ægrè ferebant, vidi primâ iterum horâ discessisse. Mirati sunt mecum animi gratiâ extrâ mœnia tantisper exspatiantes, præter solitum adeò fumum se urbem, ut in ipsis diebus canicularibus nebulâ quasi contegi visa fuerit. Eandem ob causam non semel difficilis respiratio cum anxietate & vertigine nata mihi fuit, quamdiu per plateas incederem, quamprimùm autem in domum non perfumatam imò & juxtà lectum infecti venirem, nihil eorum omnium amplius sensi. Certior enim factus sum, postquam alios idem pati ex suffumigiorum privato abusu deprehendi, quibus intermissis optimè valuerunt. Vereor igitur aërem sæpè à nimio præservationis studio plus, quam exhalationibus corporum infectorum, affici.

Quartò viæ, quas contagio pestifero

assignant, minus adæquatæ videntur. Ut enim verbo rem omnem expediam, dicam apertè, terrorem pestis plus valere, quàm ullum reale contagium; adeoque non ea tantùm, quæ nostrum corpus attingunt, aut assumuntur, aut inspirantur pestem producant, sed in genere omnia, quæ terrorem pestis nobis incutiunt; & consequenter nullum sensorium satis tutum est. Age, examinemus hîc observatas historias: novi discipulum arcularii, qui à cœna loculum in vicinas ædes deportans, ob tenebras impingit in similem urnam vacuum ante fores proximarum ædium expectantem, & concidit perterrefactus, quod crederet cadaver infecti conclusum fuisse, domum redit tremulus, peste decumbit, moritur tertiâ die. Notabilior est casus, quem in templo Nicolaitano accidisse scio: nimirum cum die quodam jejunii flexis genibus in terram omnes prociderent, inter precandum factum est, ut fortè quidam alterius viri brachium attingeret, cui propter fontanellam injecta erat usitata ligatura; sentiens hanc metuit bubonem pestilentialem inibi abscondi, horruit proinde

de

de ac peste correptus est. Huc referri me-  
retur, quod in vicino pago contigit. Adfe-  
runtur literæ è nostra urbe, sed domo o-  
mninò purâ, quas accipit primùm famula,  
traditq; dominæ ex morbo infirmæ; hæc  
à pedisse qua affidente sibi prælegi easdem  
postulat, at illa renuit constanter, nec epi-  
stolam quidem attingere audet, usque do-  
nec à subirata Domina objurgationem au-  
diret severiorem; paret jussis, sed eventu  
infelici, subito namque vertigo & anxietas  
præcordiorum eandemprehendit, ægro-  
tat acutè: videns hoc altera ancilla idem  
metuit ex earundem literarum attacku, de-  
cumbit itidem, intrâ paucos dies utraqve  
peste interit.

Similis est ratio assumptorum. Memi-  
ni quatuor simul personas in vicinia nostra  
obiisse intrâ paucos dies, ideò quòd spiri-  
tum frumenti epotum ex infecta domo al-  
latum cognoverint. Plures adhuc pestis  
rapuit è convivis nuptiarum paganarum;  
unus enim horum, qui tum pallebat, post-  
quam à reditu ægrotaret, & peste discede-  
ret, paucis exceptis, omnes infecisse visus  
est. Notatu dignior est sequens historia:

futor quidam cum aliis concivibus hilaris  
fatiatur poculo, tandem verò discedens  
intelligit, cerevisiam è cella Collegii Maj.  
P.P. tum ob funerum multitudinem suspe-  
cti, apportari; ortâ proinde nausêâ, cum  
horrore domum redit, peste tentatur, al-  
tera die extingvitur, reliquis interim ni-  
hil timentibus, nihil passis.

Seqvuntur inspirata, quorum effica-  
cia non minor est. Moriebatur cauponis  
cujusdam servus, in hujus cubiculum ob-  
seratum post aliquot dies per fenestram  
apertis valvis introspicit ancilla aliàs fatis  
audax, nihilominus ab exhalante hinc o-  
dore fastidioso ilicò afficitur, pestem con-  
trahit, sed evadit. Aliâ in domo post  
mortem ancillæ clausum erat ejus dor-  
mitorium, elapsis aliquot septimanis in-  
greditur servulus illarum ædium, sentit-  
que fœtorem quendam nauseosum, exit  
statim pallidus, vertiginosus, vomituri-  
ens, anxius ac tremulus; Dato itaqve su-  
dorifero in lectum ablegatur confestim,  
post sudorem trium horarum surgit ite-  
rum, atqve huc usqve firmâ gaudet va-  
letu-

letudine. Uxor sartoris inter spatian-  
dum fortè appropinquat loco, in quo ve-  
stes demortuorum atq̄ve stramenta ac-  
cendebantur; fœtorem hunc intolerabi-  
lem agrè ferens domum redit, peste op-  
primitur. Alia melioris conditionis fœ-  
mina, præteriens infectam Domum,  
à fumo inde egresso insigniter perterre-  
tur, progreditur in ædes sacras, at in  
his affidet ipsi à latere mulier myrrham  
masticans, cujus odorem quia semper  
abhorrui, tunc quoq̄ve per integram  
horam tolerare non nisi cum summo  
fastidio potuit! Domum ergò re-  
versa, palpitationes cordis & cephalalgi-  
am patitur, paulò post pestem ac mor-  
tem ipsam.

Idem contigit aliis per visum. Plu-  
res conspecto chirurgo vel Pastori pesti-  
lentiali territi ægrotârunt ilicò. Vivit ad-  
huc sartor, è cujus domo aliquot funera  
jamjam elata erant, cum sub vesperam  
quandam ad visitandum in suprema æ-  
dium contignatione habitantem pes-  
tionem ingrederetur pastor pestilentia-  
lis; hic ipse quoniam ex improvise  
ad

adveniebat, adeò attonitum reddidit patrem familias, ut eadem ipsâ horâ bubonem ingvinalem cum consuetis symptomatibus senserit. Nec satis mirari potui matronam quandam, ceteroquin mihi magni semper habitam, quæ quamvis filium ægrum in mortem usque intrepida fovebat, chirurgum tamen pestilentialem in tantum abhorruit, ut magis hujus accessum, quam præsens contagium timeret. Uxor chirurgi videt funus interdum efferri à vespillonibus, rapitur ad metum pestilentiaë, sequenti die ad plures abit. Idem hoc contigit Studioso cuidam, currum educendis mortuis destinatum è longinquo venire sibi obviam videnti. Plura exempla non adducam, præter unicum hoc, quod nunc sequitur: circumspiciebat è fenestra bibliopolæ filius, annorum 7, & ecce è regione evolat gallina cum strepitu & vociferatu tum temporis, quo domus hera expirat infecta; terrefactus hinc puer pallet è vestigio, accedente vertigine, cephalalgia nec non vomitu, postmodum febricitat peracutè, monstrat bubonem sub ala sinistra, die 3. finit vitam. Qui his

conten-

contentus non est, evolvat Diemerbr. p.  
332. 286. 149.

Aliis ex auditu idem natum est periculum. In principio nostræ luis veniebat ad me Studiosus efflagitabatque consilium de angustia præcordiorum insigni, respirationis difficultate, tremore artuum, capitisque dolore omniumq; virium subitanea prostratione conqvestus, atque id ex insperato sibi jam accidisse referebat, postquam sympatriotam visitasset ægrotantem, cujus hæc prima verba, *ach herber Bruder / ich habe die Pest /* instar fulminis totum corpus percusserint. Desperandum consolatus sum omnibus modis, datoque sudorifero dimisi; tertiâ die perfecte curatus in publicum rursus prodiit. Memoratu quoque dignus est hic casus: colloqvuntur ancillæ unius Dominae de grassantis contagii calamitate, harum una, ut alteri extenuaret pestilentiaæ metum, bono animo indicat se antequam conductâ ac recepta in hoc famulitium fuerit, idem malum passam esse; hoc audito illa perterrita rem cognitam è vestigio filia domus patefacit, quæ non minus obstupescit, quamvis

quamvis per plures dies impune cum ea conversata esset. Quid multa? utramque pestis invasit, abstulit.

Ast magis mirandum est ex insomniis quoque pestem oriri. Egregia sane sunt verba Sennerti in lib. IV. de febr. sub fin. cap. I. Anno 1626. memini Wittebergæ peste correptos, qui currum illum, quo peste extincti ad sepulturam vehuntur, è longinquo extra urbem conspexerunt; alios, qui domo inclusi, eum non viderunt, sed strepitum saltim ejus audiverunt; imò etiam nobis relatum est, & ex insomniis de peste nonnullos peste correptos fuisse, qui cum nullo infecto conversati fuerant, & quos certum erat per contagium pestem non hausisse. Possem huc quoque elegantissimam Diemerbrœck. p. 219. & Hœchstetteri, quam in Dec. VII. cas. II. p. 46. lego, historiam adducere; sed quæ nobis nunc observare licuit bina exempla sufficere queunt. Studiosus quidam juris tempore consueto cubitum abit, obdormiscens se à vespillonibus prehendi violentâ manu, sed arrepto gladio diu cum iis atque acriter  
 nu-



pugnare somniat; interruptâ ergò quie-  
te, protinus evigilat multùm anxius at-  
quæ tremens, (præ metu an ira determi-  
nare nequeo) timens proinde cōtagium  
actutum surgit, & quem præcautionis  
gratia à me exhibitum pulverem servave-  
rat, assumit, cerevisiam fortè præsentem  
superbibendo, sudat postea ad auroram  
usquæ; Die sequente mihi obviam fa-  
ctus rem gestam narrat, simulquæ asse-  
verat se certo certius, si sudoriferum de-  
fecisset, jam teneri peste, quitàm vehe-  
menter à mero insomnio alteratus fue-  
rat. Paulò aliter evenit virgini: sentit hæc  
in somno cadaver infectum ac frigidissi-  
mum à tergo sibi adjacere, unde horro-  
re perfusa expergiscitur, sed obdormit  
iterum secunda, postquam reminiscitur,  
occasionem huic insomnio dedisse funus  
è vicinia sub vesperam eductum. Nihi-  
lominus manè dum surgit, patitur quan-  
dam corporis lassitudinem doloremquæ  
capitis, at cubiculo egressa videt famulam  
prono capite vultuquæ deligato angulum  
pavimenti occupasse; conterrita hoc aspe-  
ctu requirit ab ea rationem rei ac intelligit  
ery.

erysipelate, quod jam ei sæpius acciderat, nunc quoque vexari. Atque hoc ipsò momento, quæ nunquam ante passa erat rosam, hæc in facie enormiter furentè infestatur protinus. Præterlapso octiduo, cum restituta esset sanitati pristinae, lætabar in somnium quidem aliàs impavidam disposuisse ad hunc terrorem, ast supervenientem ideam superâsse priorem fortassis non vanam.

Sed quid plura? sanctè testor, me nullum huc usque vidisse ægrum ex peste, qui non à terrore eam contraxerit. Sic refert M. Lasman in rhythmis germanicis de peste Wurzensi Anni 1607. inter alia fœminam à tonitru consternatam peste fuisse correptam; alios à spectro (quod hic quoque aliquoties observavimus) annotavit Ingolstetterus in Horn. cist. med. epist. 223. & 224. nec non Hœchstett. l. c. p. 47. Scio puellas à cane, mulierem à mure perterritas, ilicò in pestilentiam incidisse. Anne igitur omnis terror pestem gignit, eccur non omni die observatur? Proinde notandum, terrorem pestis immediatè pestẽ producere, ast terrorem alium saltim  
mediate

mediate id posse, quatenus scilicet ab hoc commoti, ubi male se habent, grassante contagio statim pestem metuunt, atque reconvalescentiam omnino desperant. Idem enim ex ira vel crapula ægrotantibus accidisse observavi aliquoties: atque hæc sola est ratio, ob quam omnis generis morbum temporis in pestem degenerare soleant. Hanc quoniam non metuunt, iis nec morbus, nec crapula, nec ira, imò nec improvus terror nocet. Id suo exemplo civis quidam mihi comprobavit. Narravit enim septies in una die se perterritum fuisse, nempe primò ab infecta ancilla, quæ delirans inopinatò ipsi occurrerat, deinde à subitanea uxoris puerperæ infantisque recens nati morte &c. ac miratus est, sibi nullam indenatam fuisse noxam, quamvis ægrorum omnium curam gesserit diurnam nocturnamque, ut & eos è lecto tradiderit in vespillonum manus. Interroganti autem mihi annon cadavera contrectare abhorruerit, respondit, se nunquam de contagio cogitasse, ideò quod semper creditur non nisi à providentia DEI destinatos affici.

Quotus-

Quotusquisque jam non videt cau-  
 sam pestis proximam esse terrorem pestis,  
 reliqua verò omnia esse saltim remotiores  
 causas, utpote quæ occasionem terrori  
 pestifero præbent. Causa hæc proxima  
 sola quandoque sufficit, ut supra proba-  
 tum est, aut nulla è causis remotioribus  
 citrà interventum proximæ. Reverà nec  
 contagium est contagium, nisi terror ac-  
 cedat. Notissimus mihi ante quinquen-  
 nium fuit Studiosus ex Holsatia oriundus,  
 cujus frater infectus in eodem lecto huic  
 adjacens prima nocte periit; is verò tum  
 temporis puer, surgens miratur manè fra-  
 trem gelidum ac somno adeò profundo  
 oppressum esse; moriuntur parentes quoque  
 paucos intrà dies; aut gaudet hic de nova  
 veste illæsus, ignarus periculi. Magis hor-  
 renda est historia, quam è Jordano ad-  
 duxit Schenck. obs. Med. p. 793. quando  
 videlicet virginis infectæ cadaver com-  
 primere lascivus vespillo non veritus est,  
 cujus flagitii non aliam tulit pœnam, quam  
 quod publicè virgis cæsus è Uratislavia  
 in exilium perenne mitteretur. Similem  
 nebulonem in Gallia, qui virgines atque  
 mulie-

mulieres infectas summeque debiles stuprare ac violenter vitiare non timuit, vivum igne concremari vidit Diemerbr. p. 123. Aliud exemplum concubitûs innoxii cum peste correpta in Hollandia Anno 1635. contigisse memorat Carolus de la Font. p. 113, ac mirum est omnino, juvenem amatum aliquoties coisse cum ancilla Batava tribus in locis infecta, citrà contagium, dignus proinde visus est cujus memoria eleganti carmine Vincent. Fabricii celebrata, infereretur Anno II. Miscell Nat. Curios. in Germ. p. 286.

Videsne, Amice Lector, terrore per amorem, nequitiam & lasciviam neglecto, pestem amisisse contagiosum virus. Similis mihi pestis videtur igni fatuo, qui fugientes fugat, sed se fugantes fugit. Delector enim admodum historiis his duabus Hœchstetteri, quas l. c. p. 45. 46. recensuit. Cum A. C. 1628. Augustæ Vindellicorum sæviret pestilentia, accidit, egenam aetate 64 annorum, quoniam vitam fastidiebat miseram, suâ sponte intrasse domum admodum infectam, atque in ea

C

ægris

cau-  
peftis,  
tiores  
errori  
xima  
roba-  
ribus  
à nec  
or ac-  
qven-  
ndus,  
o huic  
ò tum  
è fra-  
fundo  
qvoq;  
nova  
s hor-  
o ad-  
vando  
com-  
is est,  
qvàm  
slavia  
nilem  
atqve  
mulie-

ægris inserviisse pluribus, omnemque fœ-  
torem lubenti animo tolerasse & optasse,  
satis ut mortem finiret calamitates suas  
concatenatas: spe tamen frustrata est,  
quamvis diu in ædibus illis supervenientem  
Magistratus jussu detenta fuerit. Alia se-  
nex annorum 70. ob tædium vitæ in le-  
ctum se recipit, agonisantis sudore adhuc  
madidum, sperans hoc pacto pestis conta-  
gium mortemque ipsam sibi accelerari;  
sed vanâ expectatione delusa adhuc se-  
ptennium superavit, tandemque marasmo  
senili confecta est. Eccur verò pestis conta-  
gium quærentem frustratur? certè non  
aliam ob causam, quam quod desiderium  
ejus terrorem excludat; amabant profe-  
ctò pestem mulieres, mortemque deside-  
rabant tanquam graviorum ærumnarum  
finem; at nemo unquam metuit quod o-  
ptat.

Dicis, rara hæc omnia sunt exempla  
hucusque adducta, interim innumerate-  
stantur contrarium, nempe non à terrore,  
sed contagio potius pestem propagari.  
Respondeo igitur primò, verè rara exem-  
pla esse eorum, qui accedente reali conta-  
ctu

Etu non inficiantur ab ægris, quando quidem rarissimus est animus in periculo præsens & impavidus. Superfunt adhuc, DEO sint immortales gratiæ, Medici pariter atque chirurgi inter nostros, qui bubones atque carbunculos nudis contrectare manibus non dubitârunt; ut raceam vespillones, sandapilarios & in genere, qui vel ægrorum vel demortuorum curam gerentes, non parùm fœtoris devorârunt. Nec obstat, quosdam obiisse qui forte an imperterriti suum aggressi sunt officium: sciendum enim est quosdam spe lucri allectos suas tentâsse vires, præsertim urgente inopiâ: ast qui inter spem metumque dubii erant, ubi terror supervenit, defecerunt. Interim æternùm doleo Viros Clarissimos, mortem præclaram pro Patria optetentes, quibus grave non fuit, die nocteque sæpè cibo somnoque neglectis, visitasse ægros, ut animæ atque corpori opem præstarent desideratam. Extra dubium autem est, corpora viribus exhaustis, omnibus affectibus ac potissimùm terrori esse obnoxia.

Secundo quod ipsum spectat contagium,

C' 2

gium,

gium, nullibi nego per contactum corporeum pestem propagari posse, accedente terrore. Novi ex Foresto L. 6. obs. 22. & schol. telam aranæ, pelliceam aliamque vestem; ex Sennerto L. 4. de febr. c. 3. lintamina, columbam, funes, culcitram &c. ex Diemerbr. p. 365. stramen, cui ægri lectus impositus fuerat, diu pluviis, nivibus, frigori atq; vento expositum occasionem pesti dedisse. Ast qui circumstantias harum historiarum considerat, videt clarè, non sine terrore ac suspitione pestis quæquam fuisse infectum.

Quandoquidem verò dubium remaneat circa infantes, quomodo hi inficiantur, quibus terror, ut sic loquar, specificus tribui nequit. Propterea observari velim, terrorem matris idem posse in lactente sobole, quod in adultis terror proprius efficit. Etenim non adeò est dissimilis ratio matris lactantis à gravida. In his autem frequentes abortus ex terrore & nunc & semper observati sunt; quid igitur dubitamus ideam terroris cum lacte transire ad infantem, prout cum simili nutrimento vitali in uterum descendit prægnantis. Atque



que ut elucescat, potius idealiter, quam realiter in iis pestem traduci, adducam rarissimam Joachimi Camerar. observationem ex Schenck. p. 493. scilicet infantem à duab<sup>9</sup> nutricib<sup>9</sup> fuisse lactatum, quæ ambæ pestis lue extinctæ sunt, infante permanente in vivis & optimâ valetudine fruente. Sanè si reale venenum è nutricib<sup>9</sup> imbibisset infans, nunquam id digerere potuisset atq; cicurare; verùm facilius ac probabilius videtur, ejus nativum robur suppressisse communicatam terroris ideam.

Major adhuc videtur difficultas, quam bruta creant. Meminit Hœchstett. l. c. p. 46. infectæ felis, quæ bubone coinquinata abortierit. Diemerbr. p. 358. gallinas plures, postquam in sordib<sup>9</sup> ex infecta domo ejedis victum quæsitassent, bubonib<sup>9</sup> carbunculisq; notatas interiisse refert; adhæc testantur annales unâ cum hominibus quandoq; bestias pestilentiam sublatas. Propterea non immeritò quæritur, an etiam pestilentia atq; contagii terror in bruta cadat? de quo nullus dubito. Refertur terror ab omnibus inter sic dictos animi affectus; ast nemo inficias ire potest iram, odium, amorem, tristitiam &c. bestiis quoque,

competere, tanquam animæ sensitivæ passionibus. Jam verò constat, amorem, odium &c. in iis non vagum esse, sed quandoque ad hoc vel illud subjectum determinari, ut e. g. canes dominum diligant, fures atque mendicos arceant & persequantur. Nam & sæpius vidi canem nostrum domesticum, quamvis ceteroquin peregrinos admitteret, allatrâsse omnes chirurgos, ideò quod antehac illorum quidam eum aquâ calidâ perfuderit. Plura similia quotidie observamus. Quòd si autem reliqui affectus quandam in brutis determinationem suscipiunt, quid dubitamus de terrore; præsertim cum historiæ affirment canes, feles, lupos, corvos & cetera carnivora animantia ne quidem attingere cadaver peste interemptum, uti de Atheniensi peste ex Thucydide atque Lucretio narrat Zac. Lusit. p. 105. l. c. de Romana Titus Livius L. 41. c. 21.

Nimirum eò jam deventum est, ut monstrem quid propriè terror sit, & quomodo pestem producere possit. Occurrunt autem in omni terrore potissimum hæc duo notanda, nempe objecti horren-  
idea

idea seu conceptus, & deinde consequens spirituum in nobis violenta commotio. Suppono jam omnium rerum, quæ nostris sensibus offeruntur, species five ideas in nostra depingi anima, utpote quæ omnibus sensoriiis inhabitans rei visæ colorem, olfactæ odorem, degustatæ saporem, auditæ sonum, tactæ calorem, frigus, asperitatem &c. in se recipit, prout *in Dissertatione de spiritu hominis vitali* deduxi. Ast receptæ hæ species vel placent nobis vel displicent; si placuerint, excitant amorem atq; inclinationem versus objectum, ita ut e. g. elegantior pictura oculos in se convertat, lautiores dapes salivam atqve appetitum moveant, formosior Venus libidinem stimulet atqve sic porro; si quæ contra displicuerint, ea potius spiritus nostri negligunt atqve abhorrent, imprimis si formidabilia fuerint. Atqvi natura nostra nil magis timet quàm mortem, idcirco nec quicquam æqve horret ac pestem, fulminis ictum & quæ subitanæam necem minantur.

Et quemadmodum aliàs à terrore, improvise observamus sæpè tremorem,

artuum, palpitationem cordis, difficilem  
 respirationem, febrem atq; erysipelas, in  
 debilibus lipothymias & quandoq; re-  
 pentinam mortem sequi; ita nec dubium  
 est quin pestis terror maximus hæc & plu-  
 ra pejora efficere valeat. Etenim videntur  
 in terrore spiritus vel planè dissipari, si ni-  
 mius sit, vel tantùm retrocedere; quando  
 planè dissipantur, mors in momento præ-  
 sens est; si verò tantummodo retrocedant,  
 varia oriri possunt symptomata, nempe  
 scotomia atq; vertigo, virium prostratio,  
 dejectio appetitùs, tremor artuum, rigor  
 febrilis, palpitatio cordis, pulsus debilis &  
 inæqualis &c. Imò & in sangvinem par-  
 tesq; solidas terror agit, ubi à spiritib<sup>9</sup> vel  
 per momentum deseruntur; namq; his de-  
 ficient b<sup>9</sup> ilicò coagulatur sangvis, qui post  
 modum in pulmonib<sup>9</sup> difficillimam respi-  
 rationem, in corde angustias, in glandulis  
 bubones imò carbunculos atq; petechias  
 hinc & inde gignit. Interim si subjectum  
 fuerit infirmum, sopor adest continuus; si  
 verò ad huc vires reliquæ fuerint in corpo-  
 re, deprehendimus eas naturam tentare,  
 ut illatum morbum rursus ejiciat. Proinde  
 in vindictam commotis spiritibus sequun-  
 tur

tur æstus intensissimus cum infatiabili siti ac lingvæ ficitate, delirium atrox, agrypnia, inquietudo omnimoda, dolor non tantum exanthematum, sed & capitis, lumborum atq; totius corporis, hæmorrhagiæ, vomitus atq; alvi fluxus &c.

Ne mireris, me tantum robur assignare terrori, qui enim phantasiæ atque idearum operatricium effectus quotidie obvios attendit, facile quoq; intelligit, Archeales morbos in tantum superare humorales, in quantum nima antecellit organico atq; inertis corpori. Non necessum est ut aliunde venenum vel contagiū adducamus, solus terror sufficit ad multas myriades enecandum; atq; ab hoc communi omnium terrore causa potius epidemicæ pestis, quam ab aëris ventorumq; vitio, petenda venit. Quod enim jam olim in Levit. c. 26 v. 16. Divinum Numen minatur peccatoribus perverfis, id profectò in omni peste cognoscimus; videlicet justè nos punit **D. E. U. S.**, ut, qui timorem Suæ Omnipotentiaæ sprevimus malitiosè, strepitum folioli à vento agitati, & si quid levius esse potest, tremebundi reformidemus.

Conscientia prava, ubi scelerum furis agitatur, istum terrorem nobis inquit, quippe quæ meritam pœnam omni momento imminere videt, non ausa sperare Divinæ Gratiæ antea neglectæ opem atque solatium. Ad hæc cacodæmon multum alacris non feriat istum terrorem augere tam per spectrorum apparitionem, quam veneficarum incantamenta. Ita enim enatam pestem in Græcia à diabolicis elusionibus anno à nato Christo 784; sequenti anno 788. in Anglia ab horribili draconum in aëre circumvolitantium aspectu, narrant annales. Ast nigromanticorum maleficia in præfenti seculo satis experta sunt. Weida Variscorum Anno 15 & Wolckensteinium anno 14, de quibus lectu digna, annotavit Carpzovius in Criminal. Part. 1. quæst. 50. n. 66. sent. 25. & 30.

## CAPUT III.

DE

## SIGNIS PESTIS.

**N**on sunt unius generis quæ circa pestem occurrunt signa, siquidem alia pestem venturam prædicunt, alia præ-

præsentem monstrant, alia hujus eventum indicant. Venturæ signa multiplicia hinc inde annotata video, desumpta nunc à copia locustarum, araneorum, muscarum similiumque insectorum, nunc ab hirundinum ciconiarumque discessu insolito, nunc à fructuum herbarumque corruptione, ex virore stagnorum fœtido pisciumque in iis contentorum morte; ex aëris rorisque virulentia, ex aspectu siderum, apparitione Cometarum, &c. videatur Kirch. p. 48. seq. cum Eberh. Gockelio in eachirid. de peste p. 11. seq.

Nempe dum tempore pestis omnia metuentes de origine hujus dubitamus, decipimur incertitudine, & quemadmodum causas dubias, ita & signa plerumque fallacia arripimus. Non deerunt, qui gaudent nostram luem se prævidisse hyeme ante biennium nunc transactâ ex frigorum defectu, item ex erucarum innumerabili multitudine, quæ sequenti vere omnem arborum ornatum depopulabantur. De papilionibus albis minorum gentium (Todten-Mücken) quales hîc quoque inchoato jam contagio vidimus, nec non

de

de murium agrestium insolita turba, quid alii senserint jam non disquiram; velim tamen hæc & similia in posterum diligentius attendi, ut constet, annon talia phœnomena aliis quoque temporibus observentur extrâ pestem.

Ast fallacia Astrologorum præfagia planè abominor; quamvis enim fortuito eventus respondeat in uno, millies tamen in aliis fallunt & falluntur, ut credam, ventos tempestatesque non rarò velle vana Calendariorum commenta delere. Non video quem in finem prædictiones istæ publicentur, quandoquidem admonitio ad præcavendum insufficientis est, imò quandoque plurimùm nociva. Nunquam obliviscor prægnantem, (cujus cineres, dum vivo, constanter amo) cùm videret partûs tempus tristi prognostico (*Rahel in Gefahr!*) in calendario insignitum, tantum animo concepisse mœrorem, ut à medio gestationis tempore ad partum usque lacrimis temperare non potuerit. Primis puerperii diebus è vita discessit. Ac vereor ne simili pacto præfagia futuræ pestis eidem occasionem præbeant, sicuti  
non



non semel visum est, ex hora nativitatis prædictam mortem sequi ex ejusdem formidine, citrà alium morbi lethalis interventum.

Transeat igitur incerta atque inutilis conjectura pestis futuræ, videamus potius quomodo, si præsens fuerit, cognoscatur maturè. Neque verò difficile est pestem manifestam animadvertere, quando scilicet anthraces instar prunarum ardent, vel bubones intolerabili dolore torquent ægros, ut facile à bubone non maligno & venerèo discerni possint, præsertim si febris maligna conjuncta sit; idem ex petechiis nigris & vibicibus purpureis concludere licet, eo potissimum tempore, quo contagium in urbe aut vicinia grassatur.

Quamdiu verò pestis latet, tamdiu omnes pænè hæsitamus, ita ut ex primo insultu vix ullus eam tutò determinare audeat. Cavendū autem est omni studio, ne cuiquam ægrorū exitio sit præcipitatū judicium. Vidi puellam, quæ instante menstruâ purgatione de capitis lumborumq; dolore conquerebatur, ilicò in nosocomiū relega-

relegatam, quod pro infecta haberetur à Medico. Cum autem menses primâ nocte fluerent, nil amplius mali sensit, nisi quod regredientem alterâ die nemo non abhorreret, ut per plures septimanas idem cum moribundis atq; mortuis cubiculum incolere necesse habuerit.

Novi aliam mulierem cunariam itidem ex mercatoris non incelebris ædibus consilio ejusdem Medici ejectam, postquam à cibi pingvioris (geliefert Juster) esu in cœna frigidum assumsisset potum, ac sequenti manè dolorem ventriculi cum vomitu passa esset. Verùm peste accusatam accedens chirurgus pestilentialis statim absolvit, datoque emplastro stomachali sedavit malum, immaturum de peste iudicium ridens.

Scilicet non difficile est hoc pacto majorem numerum periculosè ægrotantium infectorumque colligere & restituere, atque ut cum Roder. à Castro Med. Pol. pag. 128. loquar, ingentem langventium catalogum publicè ostendere posse. Metuo tamen, ne lædat conscientiam qui nimiùm famæ indulget. Nec enim pauci ægrotum,

rum, ubi à Medico periculum intelligunt, in desperationem præcipitantur longè pe- jorem, ideoq; fatius est, ipsum etiam mor- bum quandoque dissimulare, præsertim pestem, nam in hujus principio plures re- stituuntur, anteqvam morbum intelligant, & in progressu qui animo præsentente sunt, feliciter evadunt plerumqve; ac certum est, si quis seminarium pestis hauriat atqve simul timeat, & de periculo attentius sit so- llicitus, eum in præsentissimum vitæ peri- culum conjici, & rarò convalescere, quam- vis omnis in curatione diligentia adhibea- tur. Sunt verba Experientissimi in peste, Sennerti. p. m. 798.

Ne autem Medicus in diagnosi pestis erret, necesse est, ut singulas ægri circum- stantias probè contempletur. Sunt enim quædam symptomata communissima, ita ut in multis morbis æqve ac in peste oc- currant e. g. capitis dolor lumborumqve, anorexia, vomitus &c. quædam verò com- munia saltim cum malignis, ut subitanea virium prostratio cum anxietate cordis: & tandem quædam pesti magis propria, quæ non facile, nisi in hac lue observantur, bubones

bubones & carbunculi, nec non petechiæ nigræ sicuti suprâ jamjam explicatum est. In horum igitur pathognomonicorum signorum defectu, reliquorum concursus attendi atque examinari debet accuratius.

Adhæc non præsens tantùm ægrotantis status, sed & antecedentia atque consequentia considerari merentur, ac potissimum si epidemica sit lues, advertendum est sedulo, quo schemate incedat. Etenim cum pestis alios quandoque morbos implicet v. g. dysenteriam, pleuritidem, anginam &c. idcirco tum temporis non negligenda sunt tormina atque fluxus alvi, puncturæ laterum cum tussi, atque sic porro. Idem judicandum est de sternutatione, quæ Romæ sub finem superioris seculi furens contagium prodidit, ut inde quoque consuetudinem, juxta quam sternutanti salutem precamur, enatam credat Kircherusc. l. p. 143.

Nostrates præterito anno communiter cephalalgiam cum vertigine, anxietatem præcordiorum, nauseam, lumborumque dolorem acerbum, ac potissimum repentinam virium prostrationem patientur.

bantur. Quibus robustior natura ilico à contagio bubonem expellebat, in his symptomata quidem mitiora erant, attamen manifestabat tùm pestem tumor, aut saltem dolor ardentissimus in poplite, inguine &c. In quibus verò hæc externa signa non apparebant, ii ut plurimum insigni cordis angustia torquebantur & vomitu, præsertim vertiginosi, quando se in lecto tantisper erigebant, vomitabant promptè, adeoque meum adventum non semel inciviliter excipiebant. Prætereà sopor continuus atque profundus, qui plurimos corripuit, satis clarè indicabat, malignitati pestilenti succumbere naturam invalidam, prout ex pulsu evidenter cognoscere mihi licuit. Nam & dormientibus & silentibus ægris pulsus docuit morbi incrementum, declinationem, uti & inducias, & recurrentes cordis anxietates; palpitante corde palpitans & frequens, tremente tremulus, langvente debilis, deficiente intermittens deprehendebatur pulsus; & inæqualis quandocunque cor in motu naturali turbabatur. Plerumque in ægris frequentem inveni & simul

D debi-

debilem, inæqvalem & intermittentem, ubi mors instaret, magnum autem & vehementem non nisi primis à contagio horis.

Ast antecedentium cognitio quàm utilis & necessaria sit in diagnosi nunc quoq; dicam. Vocatus circa vesperam diei 9. Decembr. ingredior hypocauftum à quatuor ægris occupatum, nempe matre familias, duobus pueris & vetula. Vomebant omnes maximo cum conatu biliosa, pituitosa, acida & quicquid in prandio esitatum epotumque fuerat; conqverebantur insimul de anxietate cordis, capitis dolore, atque vertigine, qui ante aliquot horas fanitate gavisi erant integrâ. Credidisses contagium inibi suas exercuisse vires, nam & hoc ipsum metuebant, quòd è regione domus ob luem occlusa esset, adeoq; summe anxii meum de affectu adeo repentino effatum desiderabant. Ast ego, quoniam præ summo fœtore vix aperire os audebam, quæro ante omnia, quisnam & unde pessimus fœtor sit? tumque percipio oleum raparum prunis candentibus, certam ob causam illatis, ex improvise affusum, unde

unde surgens fumus omnia repleverit. Obri-  
dens itaque singulis animum reddidi,  
detectaque communis ægritudinis causâ,  
unico remedio omnes restitui ante auro-  
ram.

Ecquis jam non videt, quàm necessa-  
ria sit quandoque ægrorum visitatio ad cir-  
cumstantiarum, quas alioquin referentes  
communiter reticent, cognitionem ex-  
hauriendam; sed harum notitia quàm  
maximè prodest. Expedi profectò scire,  
utrum æger forsitan intrarit infectam do-  
mum, peste correptos visitaverit, aut simi-  
li modo occasionem contagio atque ter-  
rori dederit, item an in diætâ peccaverit,  
vel in ira; verbo, an ullam sui morbi ma-  
nifestam reddere causam possit.

Tandem verò iudicium de morbi na-  
tura confirmare possumus per conse-  
quentia, si v.g. bubones, carbunculi vel pe-  
techiaë superveniant, atque post mortem  
etiam appareant, quales historias Die-  
merbr. p. 261. & 293. annotavit. Et quan-  
quam cadavera ab interitu non liberentur  
hoc pacto, nihilominus per analogiam ab  
uno argumentari ad alios licet; potissi-

mum ad artis nostræ certitudinem facit, quandocunq; exitus probat, quæ de morbo adhuc occulto prudens pronunciauerat Medicus.

Quod ad prognosin spectat, dubium non est quin pestis in genere sit periculosa, quamvis etiam tolerabilis videatur ægrorum status, fidendum tamen ei non esse, eventus monstrat. Attamen plura notari possunt, quæ vel periculum majus indicant, vel spem reconualescentiæ quodammodo ostendunt. Primum enim observamus, bubonem esse ut plurimum meliorem carbunculo, hunc verò petechiis, præsertim nigris; cujus rei hæc est ratio; dixi supra tam bubones quam carbunculos atq; petechias oriri à sanguine coagulato; sed bubones à levissima cruoris concretionem oriri possunt; quicquid undique per poros musculorum ampliores transit, id tamen in glandularum conglobatarum arctioribus poris sufflaminatur ac sistitur. Notum est à terrore sæpè minus vehementi bubones nasci, quos proinde adæquato titulo (*Schreck-Weulen*) Germani nuncupant; notum etiam est hos tumores

non



non rarò resolvi iterumque evanescere, post sudorem largum exteriusque adhibita discutientia, citrà damnum ægroti. Verùm anthraces longè peiores sunt, ac videtur natura quãdam sangvinis partem, jamjam planè corruptam & emortuam, ne quidem ingratiã recipere velle. Nunquam enim carbunculus à natura resolvitur, prout bubones, sed vel excidit ab usu externè convenientium remedium, vel instar gangrænæ ulterius serpit, mortificatque adjacentes partes. Nihil meliores sunt petechiæ, nam & harum non minùs profunda est radix quàm carbunculorum, uti post Fernelium observavit Diemerbr. p. 287. Nam & à latiore basi, quæ ut plurimum ossè innititur, exsurgunt in forma conica ad extimam usque cutem. Pessimum autem est cruorem talem cadaverosum per universum corpus dispergi; adhæc incredibilis dolor, dum omnes percurrit partes, antequam maculæ expellantur, plerisque ægros jugulat; cum primis si hæ ipsæ ob frigus externum, diarrhœam

vel similem causam retromeantes bubones insequantur; quoniam naturæ vires prostratæ tum facile succumbunt, ut sæpè intrà paucas horas æger intereat. Unicam servavi puellam quæ petechias copiosè unà cum bubonibus fovebat. Carbunculi autem, si in artuum extremitatibus erumpant, ob dolorem hîc gravissimum, ferè lethales sunt, non minus quàm in pectore ob cordis viciniam; nam & bubones sub ala, sinistrâ præcipuè, ex hac ratione periculosissimi sunt, sicuti & ii qui collum occupant, propter suffocationis metum & præclusam medicamentis viam.

Secundò nec vanæ sunt prædictiones quæ à symptomatum ferocia desumuntur. Anxietas & ardor præcordiorum ingens, respiratio difficilis atq; cum pectoris tremore conjuncta, lingua item arida cum siti intolerabili, quoniam vitium in præcordiis hæerere indicant, summè periculosa sunt. Lipothymia, tremor artuum, prostratio virium omnimoda atq; lethargus pessima dant signa, quia spirituum sive naturæ robur malignitati expugnandæ impar

par esse luculenter docent. Jectigatio ve-  
rò atque delirium ideò periculum augent,  
quod in hoc remedia æger non rarò re-  
spuat, in utroque autem sudor impediatur  
requiritus, ut taceam motum spirituum  
anomalum in his æque ac in motibus con-  
vulsivis apparere.

Tertiò ab excretis quoque conclu-  
dere licet. Sudor si cum levamine fluat,  
optimum est signum; si contra à sudore,  
pejus se habeant infecti, desperatum est:  
sudor cadaverosus (juxta Helmont. p. 863.  
crematas soleas redolens) & frigidus mor-  
tem præfagit imminentem. Miratus au-  
tem sum sæpiùs, quando sudorem frigi-  
dum unguisque lividos reperi in iis, quos  
æstus internus penè exurebat; sed pessi-  
mam semper deprehendi hanc leipyriam,  
imprimis ubi rigor totum corpus crebriùs  
pervadebat.

Pessimum etiam est si per sreatum  
aut tussim sangvinolenta vel purulenta  
(quod Diemerbr. p. 333. annotavit) vel ni-  
gricantia, qualia mihi visa sunt, rejiciantur;  
testantur enim clarè in pulmonibus & cir-  
cà corresidere malum. Eodem modo ex

D 4

urina

urina cruenta & purulenta liqvet, vesicam urinariam esse affectam; ast difficultatem urinæ aliquoties observavi, saltem per consensum natam, quippe quæ post eruptionem bubonum ingvinalium desit. Nec dubium est, quin vomitus ex stomachi erosione sæpè oriatur; notavi tamen vomitum in principio ex nausea ortum minus fuisse periculosum, nisi quòd assumpta remedia rejicerentur; ast superveniens in augmento vel statu morbi infelicem hujus exitum prænuntiabat, quia potissimum post bubonum retrocessionem sequebatur.

Idem esto iudicium de alvi fluxu; vix enim centesimus evasit ex iis, qui ab eo vexabantur. Multos vidi subito extinctos post unicam fecum copiosiore ejectionem, ut dubitarem, utrum malignitas retrogressa moverit alvum, an verò ob huius fluxum bubo vel petechiæ aut purpura evanuerint. Erant autem excrementa pessimi fœtoris, ac non rarò nigerrima. Tandem quod sanguinis fluxum concernit, sive menstruum in fœminis, sive narium hæmorrhagiam atque similem, disceptatur

ptatur adhuc, num malum bonumvé portendat. Moriuntur plerique, paucissimi evadunt, quamvis etiam critico die accidat. Afferit tamen Barbette p. 413. in peste Amstelodamensi ann. 1655. benignius signum dedisse hæmorrhagias. Sed existimo omnem sanguinis fluxum esse funestum, qui vires dejicit atque bubones retrahit vel petechias: hoc nisi fiat, nihil timendum, prout casus ab eodem Barbette p. 445. delineatus manifestè ostendit.

Pertinet huc deniq; experimentum à Foresto L. 6. obs. 14. in scholio annotatum; quando scilicet in urinam infecti lac instillant mulieris puerum lactantis; hoc enim si fundum petat, indicat ægrum intra paucos dies mori, sin minus, citò evadere creditur. Videant alii datâ occasione, quousque se hujus signi veritas extendat; à me, fateor, nunquam tentatum est, quippe qui vanas ex urina divinationes vetulis ac præstigiatoribus lubens relinqvo

## CAPUT IV.

DE

PRÆSERVATIONE  
PESTIS.

**H**is jam præmissis, videndum est quo pacto immunes atque tuti à contagio pestilenti esse queamus. Sunt autem plurima ad præservandum excogitata & usitata præsidia, quorum potiora ad quatuor classes referri possunt, nempe prima fit amuletorum, altera inspiratorum seu odoramentorum, tertia masticatorum, quarta assumptorum. De quibus singulis seorsim agam, atque ingenuè profitebor, quantum virtutis in hoc casu iis & ratio & experientia tribuat.

Quod amuleta concernit, notissimum est mercurium currentem calamo scriptorio vel excavatis nucibus avellanis inclusum gestari in pectore ad avertendum contagium. Ac videtur argenti vivi penetrans vis huic speculationi plurimum favere, utpote quod, cum facile universum corpus

corpus pervadat, vel bubones oriundos  
 resolvere, vel juxtà aliorum hypothefin,  
 vermes peftis caufam tollere atqve necare  
 valeret. Usus tamen docet, vanam esse  
 fpem in mercurio fitam, quandoqvidem  
 mihi aliquot exempla videre contigit eo-  
 rum, qui morte propiores cum annulis re-  
 liquove ornatu facculum &io gravem è fi-  
 nuredderent.

Parem deprehendi virtutem arfenici,  
 ac perinde est five arfenici albi frustum, fi-  
 ve curiosius cum rubro, auripigmento, bo-  
 lo arm. croco, radice tormentill. &c. variis  
 modis mixtum juxtà præfcriptum Conra-  
 di Rhunraths p. m. 345. feq. & Croll. in Bas.  
 chym. p. 313. feq. five ipfum deniqve ma-  
 gnetem fumas arfenicalem ex confilio  
 Barbette in tr. de peſte p. 443. Vis enim  
 attractiva veneni peſtilentialis, quam arſe-  
 nico tribuunt, nulla eſt; uti rectè notavit  
 Hœchſtett. obſ. med. Decur. III. caſ. II. p.  
 216. feq. Imò verò præter vanitatem ho-  
 rum amuletorum de noxa inde oriunda,  
 fatiſ teſtatur Diemerbr. p. 175. 298. & 348.  
 cordis anguſtiam & ardorem puſtulasqve  
 nigras in pectore obſervans, arſenicali a-  
 muleto

NE

qvo  
 agio  
 item  
 ta &  
 qua-  
 rima  
 n feu  
 var-  
 orſim  
 ntum  
 rien-  
 mum  
 ripto-  
 nclu-  
 dum  
 vi pe-  
 mum  
 erſum  
 orpus

inuleto munitorum, si fortè cum sudore corpus incaluerit.

Idem hoc etiam Helmont. p. m. 881. tanquam sæpiùs à se visum in castris Osten-  
danis annotavit, atqve ideò arsenicum per-  
niciosum simul & inutile hydrargyrum,  
respuens efficacius è bufone Zenextonà  
Butlerò sibi communicatum elegit. Sed  
vereor ne Butlerus, professor sublimio-  
rum medicamentorum, arcanum curan-  
dæ pestis sibi reservans, umbram fucum-  
que vendiderit. Nam & ipse Helmont.  
fatetur, Hybernum abiisse in exilium,  
antequam rationem curæ integrè expo-  
suisset; imò & trochiscos licet studiosè pa-  
ratos, ex suspenso ad focum, ac deficcato  
pulverisatoque bufone, ejusque sordibus  
vomitu rejectis, minus validos tamen,  
pronunciat, si recentes primâ vice adhibiti  
fuerint, excellentiores saltim qui aliquo-  
ties in usum venerint. Mihi profectò nun-  
quam non vanum visum est illud Zenex-  
ton, quamvis scarabæos terramque vomitu  
rejectam anxie expectârim & colle-  
gerim. Etenim cum constet ancillam,  
Hel-



PRÆSERVATIONE. 61

Helmontii peste correptam, filios eâdem sublatos fuisse, clarum est tum temporis ipsi aut ignotum illud fuisse præsidium, aut per negligentiam non adhibitum, aut forte minus fidele; quod tamen ultimum magis probabile apparet, ideò, quod in præservatione potionem Hippocratis, Zingiber & hederæ baccas, præter suffitus svadeat, quibus sanè omnibus opus non foret, si quidem tanta virtus præservativa in bufonis Zene-xto latitaret.

Idem fortassis judicandum de succino rubro, quod vice periapti collo appendere jubet magn. vuln. cur. p. 601, 37. postquam septem pulsibus principibus & planetariis, nempe in gutture (vel ad tempora juxta experimentum & confessionem Gvardiolæ, à quo arcanum hoc se didicisse Helmont. fatetur p. 881.) carpis manuum, propè pedum malleolos, & ad cordis thronum, affricatum fuerit. Equidem non inficior in succino vim latere tractoriam seu magneticam, eamque magis magisque excitari

excitari per frictionem; nec ignoro in lip-  
pitudine similibusque affectibus capitis di-  
ctis catarrhalibus multum laudari succi-  
num, si modo in collo gestetur; vix tamen  
inducar, ut credam frustum ejus appen-  
sum à peste nos liberare posse. Lingua-  
mus igitur illud potius tornatum politum-  
que in sequioris sexûs ornamentum.

Commendatur aliàs succinum, teste  
Boot in hist. Gemm. & lap. p. 327. contra  
terrorem & fascinationem præsertim  
puerorum. Quod si igitur quis ad aver-  
tendum vel metum pestis vel incantamen-  
tum, quod in tali strage multi accusant, ad-  
hibere hoc amuletum velit, posset sanè  
meliori jure coralliarubra vel addere vel  
substituere, quippe quæ contra terricula-  
menta, incantationem & venena ipsa lon-  
gè præstantissima censentur.

His addere poterit, cui lubet, malachi-  
tem (Schreckstein) usitatum vulgò contra  
terrorem, aut pretiosiores hyacinthum,  
sapphirum vel ipsum adamantem, qui a-  
liis gestatus conciliare magnanimitatem  
& venenis resistere creditur; fortè quod  
rarum & carum est, speciem meliorum  
virium

virium præ se ferens, desiderio quorundam satisfaciet potiùs, quàm viliora, plerumque minus grata.

Aut, si quæ minùs vulgaria sunt mavis, accipe radicem colchici, eamque desiccata & serico involutam in pectore gesta tanquam certissimum contra pestem amuletum; hoc enim nomine mihi communicatum est, adeoque non potui id ipsum occultare, ut, si forsan quibusdam arrideat, experiri virtutem ejus possint.

Verùm ut finaliter candidum de his amuletis judicium feram, existimo non alium esse horum usum, nisi quod his confisi præfidiis, magnanimi reddantur, minusque contagium horreant; quemadmodum videmus militem longe alacriorem ad prælia properare, si victoriam, Zenith juvenularum, & quæ ab ictu sclopetorum ensiumque vulnere præservare dicuntur, se instructum noverit. Timidulis itaque denegare tale periaptum non possum; nolim tamen confidentiam talem nimiam in superstitionem aut securitatem converti.

Transeo ad inspirata sive odorata; circa quæ notandum est, omnia quidem ad  
aëris

aëris correctionem adhiberi, attamen inter hæc alia magis esse universalia, quæ integram domum aut conclave replent, ita ut pluribus simul profit idem odor; alia particularia, quæ quisque naribus admoveere vel inungere debet.

Primum locum tenet hircus, cujus foetorem nostrates, aliàs satis delicati, approbârunt ita, ut non unum sciam, omnidie aliquoties caprum circumduxisse ab imo ad summitatem ædium, plures autem eidem vices janitoris canivè catenario debitam domûs custodiam concessisse; quasi verò pestis hircum timeret. Interim non potui non laudare paganorum promptitudinem, qui cum cerberent pecus hoc adeò desiderari largoque vendi pretio, non desierunt, quantum possibile, gregatim illud quotidiè nobis adducere, ut jurare auserim, plus lucri rusticos quàm emolumenti nostros inde cepisse, posteaquam aliquot observavi & visitavi domos, quæ non obstante hirco egregio, pestem verè expertæ sunt.

Alii magis suffitus amant, atque ideò frondes baccas véjuniperi, fabinam, ungu-  
las

las & cornua, nec non corium accendunt, funiculum item pulveremq; tormentarium, aut curiosius è sulphure, nitro, thure, succino, myrrhâ, camphorâ, pice, radice angelicæ, similibusq; vix numerandis antiloinicis fumales pulveres, trochiscos, candelasq; pro lubitu componunt. Atq; inter hos quidam svaveolentia potius expetunt è styrace calamita, ladano, benzoë, ambra moschoq; confecta; aliis pessima vix satis foetent.

Observârunt autem Diemerbr. p. 130. & 134. atq; Barbette p. 440. odores ejusmodi fragrantés atq; jucundos plus nocuisse quàm profuisse; potissimum quia his assveti facillimè à quovis odore alio minus grato læduntur, nauseamq; concipiunt. E contra graveolentia deprehendi non tantùm inefficaciâ, sed & nociva fuisse; inquamplurimis enim dolor capitis & vertigo ac difficultas respirandi cum insigni pectoris dolore subsequèbatur eorum usum; phthificos tussis penè exanimabat, quotiescunq; sulphur accensum aut acetum destillatum candenti ferro affusum esset. Nullum autem inter innumera vidi, quod

E pestem

pestem è domibus certò abigeret, aut satis fervaret superstites.

Sed hæc suffimenta saltem præservationis domesticæ gratiâ adhibentur, scilicet ut domus fervetur pura; ecquid verò agendum quando in publicum exundum est, ubi non æq̄ve olentis hirci comitatus, vel thuribulum appensum nos decet. Tunc omninò nares pyxide juniperinâ pomové odorifero aut nodulo fragrante obturandæ sunt, ne aëris virus ex improvîso admittatur. Malè verò his oculos quoq; deligari, ne cerant obviam fortè venientem ægrum pallentem, aut chirurgũ pestilentialem; nam & his è longinqvo visis multi contremiscunt ac tantũ non corruunt, quam nullum inde odorem percipiant.

Proinde ut explicem quousq; se vires odoratorum extendant, quantaq̄ve inter usum & abusum sit differentia, dicam breviter, in aëre libero & domo nondum infectâ inutilem planè, ac potius damnosam esse odoratorum usurpationem, saltem in nosocomiis admittendam, & circà ægrorum cubilia ad avertendam adstantium nauseam. Ni-

Nimirum aërem sæpius falso in peste accusari jam dictum est supra in antecedente cap. II. quem igitur in finem adulteramus ejusdem puritatem? Novi sanè, qui ex ædibus sacris nauseabundi redierunt, nec aliam ob causam, nisi fastidium concurrentium odorum adeò diversorum, peste correpti sunt. Quantam verò Concionatores nostri molestiam ex accessu halituum horum in suggestu patientur, ipsimet satis testari possunt.

Me igitur iudice, omittendus non tantum sed & prohibendus est vanus ille odoramentorum cultus. Ast qui circa ægrotos versantur, ubi & sudoris & potissimum, si alvi fluxu vel vomitu corripiantur, excrementorum insignis fœtor deprehenditur, illis omninò prospiciendum est. Ante accessum igitur Confessionarii, Medici vel chirurgi, cum primis si nauseator fuerit, non malè suffimen incenditur ad arcendas exhalationes tetras. Instar omnium undiqve pulvis pyrius esse potest, ejus odor nec gravis est adeò, nec ulli penè ignotus. Ex multis composita pessima sunt

suffimenta; quo enim mixtus magis, varius & peregrinus est odor, hoc magis quoque nauseosus est.

Norunt, quos visitavi, nunquam thura mihi accensa, graveolentia planè rejecta, ac nihilominus, DEO sint gratiæ, me pariter atque contubernales ægroti & domesticos servatos fuisse. Saltem, si quis pestilentiam interiret, tum in hujus cubiculo pulverem tormentarium supra laudatum aliquoties deflagrare jussi optimo cum successu.

Quod si verò ægros accessurus exsuperabundanti odoris se custodire velit, non errat, modo ea seligat, quæ penetranti gaudent odore, ut ambientem ac sæpè ingratum aërem corrigere satis queat. Solent idcirco plurimi gestare citri pomum aut pilam è junipero excavatam, quæ spongiam oleo antiloimico Heinisii, rutæ atque angelicæ turgidam contineat; alii strophium aceto simplici vel antipestilentiali aut etiam spiritu æruginis imbuunt: alii balsamum ex jam dictis Oleis paratum naribus inungunt, quod mihi præ ceteris



ceteris perplacet, nebuloso potissimum  
 aëre, tempestuoso vel frigido usurpatum.  
 Æstivo tempore gratissimus mihi fuit  
 caryophylli hortensis fragrantioris odor,  
 vel basiliconis aut majoranæ, foliorum  
 lauri & similium fortè manibus obvio-  
 rum; plerumque nihil horum omnium  
 curans nihilque metuens accessi ægrotan-  
 tes intrepidus.

Quandoque verò in defectu odora-  
 menti tantillum radicis angelicæ vel cort.  
 citri in ore abscondi; horum etenim odor  
 mihi admodum probatur. Camphoram  
 & crocum nullatenus tolerare potui, sta-  
 tim enim capitis dolor & vertigo subse-  
 quiebantur. Præter hæc à quibusdam  
 myrrha vel baccæ juniperi vel costus vel  
 radix Zedoariæ, vel helenii, vel thysselii  
 (vespillonum arcanum) maximè æstima-  
 tur. Alii ex his similibusque curiosius  
 extractis trochiscos parant sublinguales,  
 adduntque non tantum olea destillata ma-  
 cis, rutæ, cinamomi &c. sed & ambram at-  
 que moschum ad imitationem Hœchstett.  
 Dec. VII. obs. I. p. 59. seq.

Quantquam autem quemvis suo sensu abundare facile patior, monendum tamen est circa masticatoria primò maxime indecorum esse in genere, si quis promore ruminantium pecorum indefinenter dentibus commolat masticanda, non secus ac si venter his satiandus foret: secundò, quævis promiscuè, ac præsertim mixta contrarii odoris sæpe non esse assumenda; myropolam enim redolet aut herbarium multis exosum: tertio, ambram ac moschum familiaque svavia vitanda esse, ne sibi blandiens aliis magis damno sit, videlicet mulierculis, quarum paucissimæ svaveolentia hæc tolerant, quin statim hysterica passio aut suffocatio eas corripit.

Eligenda igitur sunt illa potius, quæ acri quidem sapore, sed odore minus gravi possent. Semen erucæ præ reliquis laudo, vti & cubebas ac cardamomum, à Diemerbr. feliciter usurpatum commendatumque pag. 180 præterquam enim quod egregiè linguam ac palatum afficiat, excellentissima insimul vertiginis, hoc tempore suspectæ, nihilominus  
fre-

frequentioris, sunt remedia. In eo autem maximè consistit masticatoriorum virtus, quod papillulas oris nervosas blandè vellicando, spiritus ab externo pravoque odore avocent; hoc enim unicè pacto nos præservant, quatenus occasione resistunt nausæ contagiosæ.

Aliter sentiunt, qui aërem pestilenti veneno infectum credunt; ab his enim masticatoria præscribuntur ad corrigendum aëris inspirati vitium. Qui exspuitioni favent a Dobzenski nuperrimè ad præservationem commendatæ, possent ea omnia tanquam acria & salivam moventia, suæ hypothesei satis plausibiliter accommodare.

Jam verò suprâ dictum est, aërem non simpliciter esse contagiosum, sed per accidens tantum, quando nempe nauseosus ejus foetor ansam horrori præbet, adeoque nulla hic requiruntur alexipharmaca, quæ istud virus excludant, multò minus sputatio valebit. Imò vereor ne modus hic non sufficiat ad præservandum, qui aëris metuunt contagium. Mallem igitur ab his sæpius nares,

per quas potius, quàm os inspiramus, emungi, imò & per screatum pulmones repurgari, ac ilicò urinam reddi, juxta anicularum præceptum, ut sic iterum terror unà & fermenti pestilentialis malignitas discedat.

Qui nicotianæ fumo delectantur, hoc pacto duplicem ex eo percipiunt utilitatem; movet enim insigniter salivam & simul aërem ambientem suo replet odore, adeoque ori ac naso prospicit. Ac fateor me non semel fistulas antehac placitas repetiisse, ut in casu necessitatis mihi consulerem cum Diemerbr. p. 162. 273. Postquam verò observavi aliquot admiratores tabaci forè inter fumandum infectos ac sublatos fuisse, tandem credidi, nicotianæ usum fortè Noviomagensib<sup>9</sup> magis quàm Lipsiensibus convenire, vel etiam insufficientem esse ad præservandum corpus universum.

Hujus universalis præservationis gratiâ nemo non adhibet interna medicamenta, quamvis pectus amuleto, nares balsamo vel odoramento, os trochiscis aut masti-

mafticatorio munitum fit. Exiftimant enim omnes, alexipharmacorum virtutem communicari chylo ac fanguini, cumque his ad fingulas partes diftribui, ita ut malignitatis contagiofum fermentum vel planè non admittatur, ob naturæ robur alexicacum, vel repente expellatur, antequam corpori nocere poffit.

Jubent itaque nonnulli quovis mane affumi theriacam, mithridatium vel fimilia electuaria, aut condituras nucum, cort. citri & aurantiorum, vel rad. helenii, quam præ omnibus extollit Diemerbr. p. 157. Alii acida potiùs commendant, præfertim citri poma vel acetum calendulatum, bezoardicum, femper virentibus affufum juxta Cardiluc. p. 33. & in append. p. 36. aut fimplex faltem cum Sylvio p. m. 652. fpiritum falis dulcem cum Hartmanno in Praxi chym. p. m. 916. vitrioli & fulphuris, vel quod idem eft, hujus Gas in vino falito collectum, juxta Helmont. p. 889. Cum enim à fulphuris fumo vina, à fale carnes confervari cerneret, collegit hinc quoque,

E 5

hæc

hæc ipsa egregia fore præservativa præsi-  
 dia contra omnem putredinem atq; ipsam  
 pestilentiam. Ecquis verò non videt in-  
 ter hanc & carniū odorem marcidum,  
 vappamqve insigne discrimen. Notum est  
 vinum sulphuratum acerbos capitis dolo-  
 res excitare, si hauriatur; solent igitur œ-  
 nopolæ nucem moschatam loco sulphuris  
 accendere, eodem cum fructu. Qvis ergò  
 non illam potiùs præ sulphure eligat, si  
 quidem à vini remedio ad præcautionem  
 pestis argumentari licet. Salis autem e-  
 sculenti vires si tantæ sint, nunquam posset  
 Hala Saxonum peste corripì, (quam ta-  
 men & in hoc Seculo, ut priora taceam,  
 quater experta est) utpote in qua non tan-  
 tum aqua atqve cerevisia, sed & aër sale  
 prægnans est, ut vix sitim temperare pos-  
 sint advenæ. Ecquod alimentum præ-  
 stantius esset hælécibus, ast ab horum esu  
 pestem multum accrevisse testatur Die-  
 merbr. p. 141. Melioris proinde securita-  
 tis gratiâ optarem, qui adeò delectantur  
 sale, post condituram fumari, si parem  
 cum porcina carne conservationem po-  
 scant. Huc spectat consilium Gvarinonii  
 in

in Pestilenz Gwardien p. 74. 75. Wiltu  
 derhalben ein firtreffliches Rauchwerck  
 für die Pest haben / der du allhier die Gele-  
 genheit hast / so pflege mirs nach / und gehe  
 zu morgens und abends / und so oft es die  
 Gelegenheit gibt / in hiesiges Pfannhaus /  
 zuvor aber zum Schürloch und laß die Hi-  
 ße gar wohl an deine Kleider und Mantel  
 umb und umb gehen / alsdann auff die  
 Duhn / und mercke woher der Wind den  
 Saßdampff wehet / daselbsten stell dich zu-  
 gegen / daß er völlig an dich gehe / und du im-  
 mittelst als in einer dunkeln Wolcke ein  
 halb Viertelstunde lang mit abgedecktem  
 Haupt / daß er in das Haar schlage / verblei-  
 best / alsdenn magstu deine Wege fortgehen.  
 Werß aber hiesige Gelegenheit nicht hat / der  
 mache es ihm also : nimb eine hiesige / oder  
 eine mit Salz und Wasser gemachte Salzs-  
 sur / gieße solches nach und nach auf einen  
 heißen saubern Ziegel und lasse den Dampf  
 und Rauch an dich und auch durch die Zim-  
 mer gehen. Die Vermöglichen aber mö-  
 gen unter die Salzsür ein theil Eßig ver-  
 mischen und besagter Weise brauchen. Wer  
 an der Kleidung etwas vergwifferter seyn  
 will /

will / der dunckel in benennete blöße oder mit  
Eßig vermischte Salksur einen Schwam /  
und befeuchte sich an Kleidern / Hand / An-  
gesicht / Haupt / Haar und Barth / ist über  
alle andere Arzneyen ic.

Alii non acquiescunt in his alteranti-  
bus, sed & evacuationem reqvirentes vo-  
lunt, vel sudorem quandoque provocan-  
dum, vel laxativa aliquoties adhibenda  
esse. Præscribunt igitur cum Diemerbr.  
p. 160. ad minimum singulis septimanis  
semel generosius assumi sudoriferum ad  
eliminanda noxia, fortè in corpus rece-  
pta, inquinamenta. Pro scopo laxandi  
similiratione exhibent elixir proprieta-  
tis additione agarici vel rhabarbari acua-  
tum, magisque specificatum pulvere ra-  
dicis angelicæ, helenii &c. vel in forma  
pilularum, quibus antipestilentialia Ruffi  
non sufficiunt, eadem illa ingredientia  
propinant bis in hebdomade, alternis  
diebus, ac ferè quotidie, in minori saltem  
dosi.

De his jam enarratis singulis qui  
meas qualescunque observationes defi-  
derat, sciat i. Theriacalia & cetera opia-  
ta,



ta, uti & ex croco & camphora, nec non vomicâ nuce confecta, si manè assumantur & continuentur aliquandiu, multum certè disponere ad vertiginem, lassitudinem totius corporis & somnolentiam. 2. Saccharata uti & acida in genere, dum acidum vitiosum in corpore, gignunt & augment, ab incautis assumta, sæpè vidi dolores colicos, dolores lienis & hypochondriorum, in fæminis passiones hystericas commovisse, phthi-  
 cos excitatâ tussi, fermè suffocasse. 3. Sudores præservativè excitatos deprehendi maximè nocivos; factum enim est ut mane sudantes in lecto, à meridie ubi se forte occasio terroris vel iræ obtulerit, non minus quàm alii, infecti fuerint, imò magis adhuc, ideò, quod vires per sudorem dejecerint. Rectè igitur annotavit Diemerbr. p. 160. & 171. modum hunc præservandi per sudores minus tutum fuisse. 4. Laxantium usus plerumq; ridiculus est in perfectè sanis, damnosus in prægnatib<sup>9</sup>, partim ob sequentem desiccationē, quæ aloës rhabarbariq; & ver-

& verbo omnium purgantium continua-  
tam assumptionem excipit, partim ob ad-  
ditamentum myrrhæ, croci similibusqve  
mensis ac foetum verè pellentium. A-  
bortus sanè adeò frequentes in peste quan-  
quã ex terrore non difficulter in quib<sup>9</sup>dam  
deduci queant; metuo tamen non rarò ni-  
mio deberi præservandi studio.

Dicis, abusus hi usum non tollunt lau-  
dabilem: satis est si quidam serventur.  
Sed respondeo 1. usum esse incertum, 2.  
ex abusu damnum esse longè maximum:  
fit ita hunc vel illum electuario de ovo,  
camphorato Kegleri, conditurâ radicis he-  
lenii &c. utentem non correptum fuisse  
peste, inde tamen nondum liquet, hæc  
vera esse præservativa. Annon enim plu-  
res vivunt, DEO sic volente, qui nihil un-  
quam assumunt? annon etiam multi eo-  
dem illo remedio usi intereunt? Aut er-  
gò fallaciam non causæ ut causæ commit-  
ti, aut particulariter saltim uni & alteri  
fuisse conveniens medicamentum clarum  
est. Proinde qui certum præservativum  
desiderat, non alio modo id addiscere po-  
test, quam si in domibus jam infectis &

iis, qui circa ægrotantes versantur, tentamina attentè instituat. Hic Rhodus, hic salta. Jactitârunt profectò multi à principio nostræ infectionis arcana & infallibilia pestis antidota, electuaria, morsulos, essentias atqve aceta à multis seculis experta, sed ecce sublati sunt maturè cum integris penè familiis.

Deinde quod alterum concernit, nempe insignem ex abusu ejusmodi medicamentorum oriundam noxam: dissimulare non possum, inter nostros plebejos pariter ac melioris statûs cives plerosqve tantam in his quisqviliis collocâsse fiduciam, ut si quos pestis invaserit, ante omnia suum adhiberent arcanum domesticum, vel à vicino communicatum; hoc irritò, ubi per plures horas dies noctesq; frustra sudorem expectârunt, dosinq; reiterarunt & auxerunt incassum, tum tandem ad Medicum veniebant serius, non rarò exspirante priùs ægro, quàm allatum esset medicamentum.

Credunt enim pleriqve eandem esse rationem præservandi, & curandi quod tamen apertè falsum est. Quapropter ut  
pla-

planum evadat, quænam verè in præser-  
 vatione observanda sint, dabo certas regu-  
 las seu præcepta, non modò circa facien-  
 da, sed & fugienda. Dixi in antecedenti  
 capite pestem per terrorem ac nauseam  
 propagari, adeoque hæc ipsa cane pejus &  
 angve vitanda esse, quivis intelligit. Cum  
 autem animi affectus in omnium potesta-  
 te non sint simpliciter, demonstrabo mô-  
 dum, quo quisque sibi consulere possit.  
 Beatus est profectò pestis tempore qui ni-  
 hil metuit, nihil abhorret. Sunt enim per  
 naturam quidam magis animosi, alii ma-  
 gis timidi: his ut succurramus, necesse est,  
 illis nullatenus.

Ante omnia igitur occasiones terro-  
 ris vel nausæ fugiendæ sunt omnibus mô-  
 dis. Peregrè abire optimum quidem est,  
 sed non semper licitum aut honestum.  
 Sufficit ab ægrorum visitatione abstinuisse  
 meticulo sum. Ast aërem liberum qui ti-  
 met & conciones publicas, ne quidem  
 commiseratione dignus videtur: Meren-  
 tur hanc potius, quos ira, mœror, curæ at-  
 que calamitas miseros reddit. Disponunt  
 enim hæc omnia ad contagium, quatenus  
 spiritus

spiritus imbecilles reddunt, quò minus i-  
deæ terrificæ resistere possint. Fugienda  
ergò in genere cuncta sunt quæ vires e-  
nervant, inedia, crapula, labores nimii, lu-  
cubrationes, abusus veneris, crebrior su-  
doriferorum ac purgantium usus atque  
similia.

Econtra omnibus modis conservan-  
dæ sunt vires, ac roborandus spiritus per  
lautiores cibos potumque suavem, vini  
præsertim. Hujus enim virtutes in u-  
nico Henrico Sayero, cujus Willis memi-  
nit in Tr. de febr. p. 160, satis conspicuæ  
sunt. Neque verò necessum est ut jeju-  
no præcisè stomacho potetur; sufficit in-  
ter prandendum aut cœnandum sumi, si  
qui matutinis horis id ferre nequeant.  
Eodem pacto ad robur spirituum augen-  
dum alii aquam magnanimitatis, confe-  
ctionem alkermes & similia analeptica  
præscribunt. Ambrae essentiam cum  
spiritu vini malvatici paratam plurimum  
extollit Crato in consiliis; rectè quidem,  
cum iudicio tamen ea exhibenda sunt  
suaevolentia, ne per accidens quæquam  
lædant, uti supra monitum est.

F

Præ-

Prætereà exhilarandus est animus quantum fieri potest, quem in finem olim apud Lacedæmones maximi habebatur. Musica pestis tempore. Quamdiu amœnitas hortorum atque ruris floret, inhabitanda aut saltim visitanda est sæpiùs; nec unquam negligi debet conversatio amica ac suave colloquium. Quemadmodum enim tristes omnia timent, ita nemo feliciùs terrorem eludit, quàm qui hilarem alit mentem, & quanquam ex improvise terreatur, minùs nocebit, nam & alacrior spirituum motus ideam terrificam minùs admittit, & si recepta fuerit, facile iterum eandem delet.

Quandoquidem verò status corporis & spiritus tam arctè unitus est, ut læso uno alterum quoque lædatur, idcirco & corporis cura quandoque haberi potest, si spiritum servare ac fortificare velis. Non ignoro pestem æquè sanos atque cacochymos aggredi, adeoque primarium præservationis punctum in sanitate non consistere; facit tamen secundariò ad præservationem, quatenus in statu sanitatis naturaliter spirituum restitutio quotidie succedat.

succedit, quæ ex opposito impeditur in corpore morbofo; ut taceam mille occasiones pestem concipiendi, si fortè caput aut dorsum vel stomachus doleat.

Non igitur ineptum est grassante pestilentia in corpore plethorico venam secare, quod tam in meipso quam aliis necessarium pariter ac utile observavi; sicuti scarificationem in assuetis, quippe quæ neglectâ plerique dentium atque capitis dolorem, artuum lassitudinem, torporem atque lancinationes experti sunt, non sine contagii suspicione. In aliis exigente necessitate evacuantia adhibui citrà noxam, aliis alterantia præscripti omnis generis, aromatica & salina pituitosis, acida biliosis, terrea atque salia volatilia, quos acidum vexaret, hypochondriacis & lienosis, mulieribus ad uteri suffocationes pronis antihysterica usitata, catarrho obnoxiiis anticatarrhalia, verbo cuilibet subjecto appropriata. Omnes autem bono animo esse jussi, ac miratus sum, Deo benedicente, plures meorum interim melius habuisse, quam aliàs, partim quod præscriptis uterentur diligentius, partim quoniam

F 2

diætam,

diætam, iram atqve similia moderarentur prudentiores.

Quod enim diæteticam præservationem attinet, existimo nullos quidem cibos adeo universaliter damnandos, sed & nullos adeo extollendos esse. Ridiculum est à Gvarinonio p 83. brassicam muriaticam præ omnibus alimentis & medicamentis tanquam optimum præservativum commendari; si libet, per me licet. Neque nobis vicissim anseres, caro suilla atqve similia aliàs rejecta displicuerunt aut nocuerunt quicquam. Sanis omnia sana. Nihilominus pingvia quibusdam in nidorem degenerant, duriores cibi debiliorem ventriculum gravant, unde capitis dolor, appetitus prostratio, in timidioribus subjectis metus pestis sequitur. Utinam verò illud proverbium, *Sauer macht lustig* ad omnes se extenderet.

Hæc de qualitate assumendorum; quantitatem quod spectat, præsertim in potu excessivam, non possum non damnare ebrietatem, quamvis poculum hilaritatis non rejiciam. Præterquam enim quod temulentus sibi ipsi cephalalgiam, ventri-



ventriculi atque artuum langvorem, similiaque; plura mala spontè creet ex crapula, metuendum est, ne animam unà cum corpore in extremum conjiciat periculum. Horrendum est dictu, ex vino vacillantem in pestem labi, amentiam ebrii furore maligno, æstum à generosiori potu ardore funesto continuari, terminari.

Sufficiant hæc ad præservandi rationem diæteticam & pharmaceuticam. Chirurgica præsidia lubens prætereo, fonticuli enim à quibusdam adeò æstimati hoc tempore minùs fideles extitère, quovis quidem aliquot subjecta alioquin satis vegeta è medio sublata non verim, præter historias antehac ab Hœchstett. in Dec. VII. cas. I. & schol. item à Diemerbr. p. 152. annotatas. Qui verò ad imitationem D. Alpruni ingvina sibi incidi, aut scrotum perfodi juxtà methodum monachi à Platero in Pr. tr. 2. cap. 2. & L. 3. c. 12. annot. 3. observatam, expetat, non refragabor.

F 3

CAP.

## CAPUT V.

DE

## CURA PESTIS.

**S**equitur ut tandem quoque tradam infectorum curam, & quid agendum sit, si quem pestis invadat. Occurrunt hic potissimum quatuor indicantia: *primò* causa morbifica, nempe idea conceptæ cum terrore pestis, *secundò* coagulatus sanguis, *tertiò* symptomata connexa, *quartò* productum morbosum, bubones & carbunculi.

Quod ad primum spectat, equidem jam supra in Cap. II. egimus de natura terrores ejusque modo causandi pestem; nihilominus quædam adhuc restant monenda, quorum cognitio non parùm utilitatis in praxi habet. Dixi tùm terrorem pestilentem esse causam pestis proximam, atque hinc quisque non difficulter intelligit, non quemvis terrorem e. g. à cane rabido, lupo &c. pestem producere; multo-

multominus hanc oriri posse ex simplici  
peftis conceptu, ut legens, cogitans, scri-  
bens aut loquens de eacitrà terrorem il-  
lam statim contrahat.

Similiter de metu peftis statuendum  
est. Plurimi pestem metuunt, eâ tamen  
non corripuntur; inter metum enim at-  
que terrorem hoc maximè interest, quod  
metus de futuro malo cogitet, cujus even-  
tum adhuc sperat felicem fore; terror  
autem sentit actu præfens malum, idque  
gravissimum & repentinum. Proinde  
qui pestem timent, concipiunt eandem  
tanquam summè contagiosam & pericu-  
losam, atque ideò omnem occasionem in-  
fectionis subterfugiunt, deserunt concio-  
nes publicas aut saltim plateas domosve  
infectas, muniunt se omnibus modis, uti in  
antecedenti cap. notavi, sperantes se hac  
ratione fortè tutos esse à contagio; sed  
væ his, si qualiscunque terror superveni-  
at. **Q**ui enim per terrorem pestilentem  
alteratur, is firmiter simul credit, se jam  
re ipsa contagium concepisse, adeoque vi-  
tâ periclitari. **Q**uanquam aliàs animus  
iterum se erigat, si quis v. g. ex casu ab alto,

vel improvise bombardarum explosione perterritus, se tamen extra periculum constitutum videat; alii quoniam paucissimi infectorum se morbi periculum superaturos sperant, idcirco terrorem plerumque desperatio excipit; sicuti non est querelis tantum atque suspiriis ex imo pectore adductis, sed & potissimum ex vultu mærente colligere licet.

Quæritur ergo annon & quomodo desperationi huic ac terrori mederi debeamus. Utiqve necessarium est, quoniam spiritus attoniti atque desperati ne quidem audent sanguinem ex terrore coagulatum resolvere aut expellere corruptum. Et quamvis hinc oriundum periculum per se mortem inferre satis potens sit; accelerare tamen eam videntur læsarum functionum symptomata, ex eodem spirituum præternaturali statu nata, qualia sunt anorexia, nausea, vomitus, tremor artuum, convulsivi motus &c. Non dicam incassum omnia adhiberi medicamenta, si natura deficiat nec cooperetur.

Quapropter nullam velim negligi rationem, quæ terroris ac desperationis ideam

am

am tollere qvantocius qveamus. Profe-  
ctò si ullo alio in morbo, in peste ceteris  
remediis adjuncta verba valent; nam &  
hæc ipsa sæpè plus qvàm medicamenta  
juvant, dum animum ægrotantis erigunt,  
uti non malè propriâ edoctus experienciâ  
asserit Sylvius p. m. 398.

Ante omnia, si fieri potest, morbus  
ipse dissimulari debet, aut saltim ejus peri-  
culum non tantùm à Medico, sed & adstan-  
tibus reliquis. Quid putas sentire ægrum,  
si Medicus eum visitare planè detrectet,  
vel si accedens in limine cubiculi hæreat,  
aut post ingressum os simul atqve nares  
obturet, pulsùm vix attingere audeat, sta-  
timqve manum abstergens lavansqve re-  
filiat celerrimo cursu: item si amici atqve  
domestici deserant ægrotum, aut eminus  
eum aspiciant, aut effusis lacrymis profe-  
qvantur tanqvàm demortuum. Novi  
innumeros, qvi nec mortem, nec pestis  
sævitiem reformidabant, diurnis tamen  
nocturnisq; precib<sup>9</sup> DEUM efflagitarunt  
ac obsecrarunt, ut à grassante tùm lue cle-  
menter servarentur, ne si peste corripian-  
tur instar putridorum foetentiumqve,

cadaverum abominabiles sint omnibus, atque sub manu clinicæ anus, deformis immanisque, pessima pati tandemq; succumbere debeant.

Satius est spe ægrum lactasse, occultasse morbum, ac periculum extenuasse, quantum possibile est. Econtra medicamentorum vires extollendæ sunt omnib<sup>9</sup> modis, nam & qui desperant excitantur, si modo auxilium intelligant repertum. Refert D. van der Wyck in tr. de morbis Bredanis, cum pestis tantopere grassaretur, ut omnia ferè medicamenta consumta essent, Medicos tandem cogente necessitate aquas destillatas, quæ supererant, tanquam Panaceam cochleatim ægris propinasse, atque ita demum insigni cum successu superasse pestem, annotante Frid. Hoffmanno in Meth. med. pag. m. 267. Quid enim confidentia in Medicum & hinc nata remediorum ab eo exhibitorum existimatio valeat, vix quisquam crederet, nisi quotidianâ id confirmaret experientia.

Sed & porro omnes, quæ animum commovere possunt, occasiones præsertim

tim terroris inærorisq; declinandæ sunt ab ægro; est enim tristitia quasi mater terroris ac desperationis. Quemadmodum verò maximè inconueniens est, juxtà lectum ægri peregrina solùm enarrâsse, neglectâ præsentis morbi ratione; ita non minùs absurdum est atqve periculosum, si quis non nisi de pestis immanitate, infectorum cruciatibus, mortuorum stupendo numero similibusqve verba faceret. Certum est, triste nuncium de consanguineorum amicorumvé infectione aut morte, imò & infomnium turbulentum jugulâsse, qui à tergo relictis scopulis in vado reconualescentiæ conspiciebantur. Non dicam plurimos tenuioris fortunæ homines in momento, quo se in nosocomium detru-di percipiebant, ob subitanam consternationem pessimè habuisse, ac non rarò exspirâsse in ipsa via.

Mirum itaqve non esset, si æger repente moreretur, quamprimùm spectrum ejusmodi Italicum appareret, rostro prægrandi, vitreis oculis, inepto pileo vesteqve talari deforme atq; horrendum; quâ imagine diabolica in peste Romana  
anni

anni 1656. incedebant Medici, uti cernere licet in Th. Bartholini Cent. V. Hist. 71. Is certè veniâ dignus non videtur, qui dum sibi nimium prospicit, pluribus exitio est.

Prolixum foret singulatim ea omnia recensere, quæ terrori, metui, tristitiæ ac desperationi ansam præbere possint; sufficiat me indicasse in genere, quamcunque occasionem similem studiosè evitandam esse. Ad tranquillitatem igitur animum potiùs componat æger, & si fieri potest, hilaritatem. Civis Noviomagensis, aliàs pestem valdè timens, dum se magnâ cordis anxietate pressum exiguoque sed dolenti tumore in ingvine infestatum sentit, malum celat, assumtisque sociis ad diverforium quoddam se confert, ut inibi timorem simul atque contagium grato colloquio, joco viniqve potu dispelleret; bibit proinde strenuè, donec multum incalvesceret ac paulò post vomeret, pergit tamen potando ad mediam usq; noctem; tum demum hilaris domum redit, exutisque vestibus lectum petit, obdormiens sudat copioè, ac sequenti mane expergefactus



factus optimè valet. vid. Diemerbr. p. 308.  
Egregium fanè exemplum, licet non omnibus imitandum. Non dubito tamen quin ideam terroris pestiferi computatione lætabili deleverit maturè, & per subsequentem sudorem discusserit tumoris ingvinalis principium.

Nimirum, quantumvis nulla salus speranda sit, nisi terroris pestilentis idea tollatur, sciendum tamen est, hanc sublatâ nondum sublatam esse pestem, sed adhuc plura requiri ad omnimodam restitutionem infecti. Errant, qui ex malè intellecto Philosophorum canone, credunt sublatâ causâ morbificâ tolli morbum. Sicuti enim ædium flamma post discessum incendiarii longè lateqve se diffundit, ita nec omnis morborum cura cum causarum remotio-  
ne absolvitur.

Debet igitur secundò in peste sanguis ex terrore congrumatus rursus resolvi; cui scopo varia inserviunt medicamenta, præsertim ad sudorem ciendum assumpta. Vulgò usitatissima sunt Theriaca vetus, Mithridatium atqve electuarium de ovo; quæ quidem in se remedia satis generosa sunt,

sunt, ac potissimum si cum aceto rutaceo, calendulato vel simili bezoardico exhibeantur, sudorem pellunt largum, sæpe utilissimum; cum iudicio tamen danda sunt, uti optimè monuit Raym. Mindererus de Pestil. pag. 214. & 279, id est, quando calor internus nondum invaluit. Quod si enim corpus nimis jam æstuet, augetur ardor immensum, cum inquietudine atque deliriis.

Idem testatur ab experientia edoctus Aug. Thonerus obs. med. pag. m. 64. 65. calida in genere, & aromatica & spirituosæ febrem maximo cum periculo intendisse, uti sunt aqua theriacalis, Stapediana, bezoartica &c. Qui meas qualescunque observationes postulat, sciat eundem effectum sæpius secutum esse post assumptionem in tempestivam spiritus theriacalis, mixturæ simplicis, tinct. bezoardicæ, reliquorumque essentiarum ex rad. angelicæ, olivæ, Zedoariæ ac innumeris similibus extractarum cum vini spiritu. Plura recensere non vacat, ne aliorum medendi methodum impugnare videar; in tyronum attamen gratiam meminisse volui, aromatica in universum

niversum omnia, Veteribus dicta calida, & spirituosam per fermentationem vel affusionem spirituum ardentium facta, minus esse tuta, nisi primis fortè horis, antequam calor manifestus ægrotum infestet. Qui dubitat, attendat tantummodo, annon statim ab exhibitione talium medicamento- rum anxietas præcordiorum, capitis dor- sique dolor cum æstu siti que manifestè au- geatur.

Idem mihi ferè visum est quandoq; nasci ex nimio salium volatilium usu; re- cordor tamen me ipsum solo spiritu C. C. essentificato restituisse infectam fœmi- nam, quæ omnia remediorum genera ab- horrebat, nisi quæ guttatim assumerentur. Ad hæc sal volatile C. C. in potione cum fi- xis antimonialibus terreisque exhibitum sæpius egregium mihi usum præstitit, sed potissimum in principio morbi, quando sudor accelerandus est. Loco stimuli i- gitur aliis diaphoreticis, si necessitas re- quirit, addi possunt salia volatilia, præter jam nominatum C. C. eboris, viperarum, bufonum, sanguinis hirci, fuliginis, tartari & quæ simili virtute resolvendi atque ex- pellendi gaudent. Nec

Nec contemnenda sunt salia fixa, card. benedicti, absynthii, scordii, rutæ, vitium, millefolii &c. qvalia Barbette atqve Diemerbrœck felicicum successu sæpius præscripsit. Plura insuper de sale fixo viperarum promittit Cunradus Rhunrath in med. destill. part. II. p. 361. de sale bufonum J. P. Faber in panchym. p. m. 631. Verum enim verò, quantumvis salia fixa ex animalibus fieri non negem, qvi talia sine ullius rei additamento per simplicem incinerationem parata ostendere possum omni die, nihilominus vereor, ne viperarum bufonumqve turba undiq; colligenda deficeret prius, quam habeas tantum salis fixi, quantum ad servandam unicam infectam domum sufficeret.

Ast quoniam paucissimi ægrorum sapes istiusmodi acres æqve ferunt, idcirco posthabitis salibus fixis pariter atqve volatilibus, remedia minus sapida adhibui, nihilo infelicior. Et quanquam camphoram ejusqve oleum simplex, vel cum oleo succini atqve citri compositum juxta Henisium à multis ad sidera usqve extolli viderim, non potui tamen ob eandem saporis

poris ac redinem certa de his experimen-  
ta facere, credens, prudentis Medici non  
esse, ut ingratis utatur medicamentis, ubi  
suaviora æque virtuosa suppetunt.

Scribit Galenus lib. 9. de simpl. med.  
fac. terram armenam tantâ excelluisse  
contra pestem efficaciam, ut plurimi qui  
eam assumerent in vino, vel potius vehi-  
culo aqueo si febricitarent, sanati fuerint  
ilicò, imò si hoc remedium eos non juva-  
ret, alia omnia fuisse irrita. Substituunt  
autem nostri Pharmacopœi communiter  
bolum Würtembergicam, quæquam Ar-  
menam Galenus pallidiorem dixerit, atque  
hactenus Medici quoque non vulgares in  
malignis omnibus dictâ bolo Armenâ,  
terrâ sigillatâ & Lemniâ promiscuè utun-  
tur non sine febricitantium emolumento;  
itaque nec ego terras istas medicatas reli-  
qui intentatas, datâ occasione, ac reperi  
eas non esse invalidas, si vel solæ cum ace-  
to propinarentur. Postmodum succino,  
floribus sulphuris, antimonio diaphoreti-  
co martiali & cinabari antimonii additis,  
pulverem magis compositum miscui, ac  
(citâ jactantiam) ad aliquot libras distri-  
bui

bui cum insigni plurimorum juveni- mine.

Unicornu verum (cujus vires adver- sus pestem Borellus Cent. I. Obs. 22. me- morat) egregiam aliquoties opem tulit cum bezoardico minerali datum; atque hoc cum primis in eo miratus sum, quod, etsi sudorem fatis potenter moveat, nihilo tamen infirmiores inde reddat ægros. Pro ditioribus igitur id omnino commenda- tum volo; pro aliis Cornu cervi atque e- bur non tam usum quam ex integro pul- verisatum, vel unicornu fossile loco illius adhiberi potest.

Ast fidem penè superant quæ de ocu- lis cancrorum observavi. Cum in vici- nia nostra domus admodum infecta, atque ideò deserta per aliquot septimanas, ite- rum à fabro claustrario inhabitaretur, tunc statim primis diebus decumbit ejus famulus, ac præter alia manifesta infectio- nis signa conqveritur de tumorib<sup>9</sup> dolen- tibus in ingvine, poplitibus simul & alis, hinc omnes uno ore affirmabant sex ad minimum vel plures bubones in uno hoc latere subjecto. Propterea absque mora  
jubeo

jubeo lapides cancerorum cum aceto ruta-  
 ceo porrigi ægro, simulq; loca emuncto-  
 ria, uti vocantur, inungi oleo scorpionum;  
 & ecce post largam sudoris effusionem  
 cuncta evanescunt symptomata cum ipsis  
 tumorum principiis, ita ut altera die citrà  
 aliam remedii exhibitionem integrè resti-  
 tutus fuerit.

Nec dubito, quoniam sanguis hirci, radix  
 rubiæ tinctorum, spermaceti & in genere  
 quæ sanguinis grumos promptè resol-  
 vunt, optima sint pestis remedia, si statim  
 in principio justâ dosi assumantur ad sudo-  
 rem. Si quis autem sufficientiam horum  
 medicamentorum in dubium vocare ve-  
 lit ideò, quod pestis tanquam morborum  
 princeps generosa quoque requirere vi-  
 deatur remedia; is sciat simplicium vires  
 non æstimari pretio, sed effectu, adeoque  
 vilissima sæpenumerò esse potentissima.  
 Respice quæso compositionem pulveris  
 Montagnanæ, de quo tamen autor ipse te-  
 statur, nullum eorum, qui hoc usi sunt, pe-  
 ste interiisse. Ejusdem farinæ est pulvis  
 rubeus Pannonicus, qui solus addito Dia-  
 scordio Fracastorii sufficit Thonero ad  
 G 2 pluri-

plurimorū infectorum curam ac salutem videantur ejusdem Libr. I. observ. 1. 2. 3. 4. & 5. in append.

Ad imitationem horum poterit quisq; varias concinnare pulverum formulas, eosque pro diversitate symptomatum immutare pro lubitu. Discat autem meo exemplo, multum referre in quo vehiculo propinentur. Quamplurimitales pulveres rob sambuci admixtos assumebant summo cum fructu, ita ut non rarò prima dosis suffecerit. Sed biliosis, & quorum corpora jamjam ardebant, ordinariè cum aceto dedi, unde nunquam non egregiè sudârunt; In vehiculo aqueo si assumti fuerint, observavi vix satis potenter aut saltim tardius sudorem promovisse, nisi fortè offenderint ventriculum humore acido repletum. Maxime autem interest citissimè sudorem expelli, adeoque terrea cum aceto sumpta sunt optima.

Prætereà notandæ quoque veniunt quædam circà sudorem cautelæ. Primò, in ipso statim principio morbi, si fieri potest, diaphoretica exhibenda sunt absque morâ;



morâ; atq; illud me semper malè habuit,  
 quod paucissimi ægrorum in tempore  
 veniant. Quidam ob egestatem ne qui-  
 dem ausi sunt petere auxilium, adeoque  
 se DEO commiserunt unicè, donec fortè  
 alius commiseratione motus eorum æ-  
 rumpas nobis indicaret. Quidam ob a-  
 varitiam non nisi summâ necessitate co-  
 acti ad medicinam confugerunt, ignoran-  
 tes, quod omnia relinquere in morte jam-  
 jam appropinquante, vel si evadant, plus  
 damni propter tardiores reconvalescen-  
 tiam pati, ipsos oporteat. Quidam ob  
 metum ejectionis malum celarunt, quam-  
 diu possibile fuit, servi puta cum ancillis,  
 donec tandem præ vertigine in terram  
 conciderent. Quidam verò arcanis suis  
 confisi seriùs sapuerunt, postquam ingra-  
 vescente malo, meritas suæ cunctationis  
 vel potiùs imaginatæ prudentiæ pœnas  
 dedissent.

Dicam breviter, quodnam periculum  
 è mora nasci possit. Sicuti pleuritis, quam  
 in principio unicâ sudoriferi potentioris  
 dosi facillimè curamus, post auctam inflā-  
 mationem atq; suppurationem pessima

ac tantum non lethalia gignit symptoma-  
 ta; ita quoque tantillum sanguinis ex ter-  
 rore pestilenti coagulatum, quo diutius in  
 corpore delitescit, hoc magis corrumpi-  
 tur ac putret, ideo quod natura pavida il-  
 lum aggredi detrectet atque abhorreat.  
 Interim vires decrescunt, anxietas cordis  
 augetur, ut ne sudori quidem debitam  
 quietem concedat; carbunculi & bubones  
 interiora occupant, quorum principium  
 minus rebelle felicius atque citius extir-  
 pari potuisset ab initio. Tum enim cun-  
 ctandum non est, sed allaborandum usque  
 dum æger sudore perfundatur optato.  
 Hunc in finem perquam commodè adhi-  
 bentur lateres calefacti, atque fervente a-  
 quâ repletæ lagenæ (Wärmsteine und  
 Wärmflaschen) si pedibus dorsoque sup-  
 ponantur post assumptum medicamen-  
 tum; ita enim sudor egregiè acceleratur,  
 qui continuari debet, donec manifestum  
 sequatur levamen. Ne credas vires per  
 diuturnitatem sudoris perdi; quantum  
 namque decedit morbo, tantum accedit  
 viribus: accertum est plus valere simpli-  
 cem sudationem ritè continuatam, quam  
 super-

superficialem centies reiteratam; movet enim, sed nihil promovet, ac ferme similis est efficaciam, qualis aquæ gutta successive & per longiora intervalla igni aspersa; scilicet hoc modo eundem nunquam extinguas, quod facile impetrabis, si unâ vice infundas affatim.

Deinde post sudorem quoque cavendum est, ne ab aëre ambiente offendatur ager & refrigeretur. Quamvis cubiculum etiam calefactum sit, nunquam tamen concedendum est infecto, ut pedes denudet, multo minus integrum corpus, præsertim si bubone tentetur; solet enim hic plerumque retrocedere cum insigni detrimento. Nam & qui nullam amplius molestiam senserunt atque ideo lectum deserentes in liberum prodierunt aërem, vidimus non semel pejorem pati recidivam.

Pessimum etiam deprehendi consilium, quod indusium atque linteamina post sudorem cum recentibus commutare s'vadet. Sed qui possent illud non jubere, quandoquidem omnes communiter contagiosum virus cum lymphâ e corpore expelli

expelli ab alexipharmacis credunt & optant. Huic autem theoriæ praxin non respondere monstrarem aliquot exemplis, nisi viderem idem hoc jam præstitum à Diemerbr. p. 285, 343, 112. seq ubi per crebriores observationes confirmatus satis evidenter declarat, linTEAMINUM commutationem omni tempore extitisse maximè periculofam, etiamfi induendum optimè calefactum fuerit, nec ullum frigus attigerit infectos. Sed furdis narratur fabula!

Progredior ad symptomatum in peste obviorum curam. Etenim non sufficit pro more empiricorum unicum saltim omnibus indifferenter ægris exhibuisse, postquam manifestum fit, juxta diversitatem subjectorum, quæ pestis corripit, diversa quoque apparere symptomata. In principio quidè pleriq; erant vertiginosi, atq; ideò succinũ cum cinabari antimonii primis adjeci sudoriferis, & reverà opportuna fuisse expertus sum multifariam.

Accedebat sæpenumero vomitus frequens, qui propter insignem conatum cor admodum angebat, ut prelo id quasi comprimere conquererentur ægri; sed vel ex  
hac

hac solaciatione multum periculosus erat, quod ob assumptorum medicamentorum evomitionem nulla restitutionis spes superesset. Cum vero terram sigillatam, bol. armenam, corallia, opiata & quæ alias vomitum compescunt, viderim insufficientia, tentavi aquam cinamomi cydoniatam atque hanc omnino efficacissimam deprehendi, si modo unicum ejus cochleare affunderem mixturæ diaphoreticæ. Majorem exhibere dosin necessum non est, nec utile; nam & hæc aqua æstum auget si largius potetur, ideoque si à prima dosi cessabat vomitus sudorque fluebat, reliquum mixturæ seposui, tumque alia pro lubitu dare integrum fuit.

Contra soporem varia reperi apposita, castoreum, acetum, & salia volatilia, quippe quæ singula infectos potenter excitant. Est autem sopor nullatenus tolerandus, quoniam defectum spirituum arguit; quæ de causa omnes uno ore Practici clamant, somnum non esse concedendum infecto, antequam per sudorem natura perfectè allevata sit: fatius est profectò spiritus non quiescere ante, quam malignus hospes ejectus fuerit.

Proinde necessarium est, præter dicta excitativa remedia adhiberi etiam analeptica. Quanta verò horum fit virtus ad soporem discutiendum ex hoc unico exemplo satis liquet: Cum ante triennium juvenis quidam, è febre petechiali surgens, somno adeò profundo vexaretur, ut per aliquot dies noctesq; dormiret continuo, atque virium imbecillitatem accusaret, non obstante quod largiter ederet biberetque antè consveta; tunc potionem ex merè analepticis præscribo, atque experior cum admiratione, somno sepultum reviviscere intrà semihorulam, quâ primam potionis dosin assumebat.

In peste igitur non secus ac in aliis febribus malignis, quæ cum summa virium prostratione conjunctæ sunt & langvore, nunquam, nisi ægri abhorreant, omittenda sunt ambra, confect. alkermes, atq; de hyacintho, syrupus flor. tunicæ &c. imò si animi deliquia superveniant, quod in subjectis debilioribus observare licet, addi possunt acetum liliis convalliis affusum, aqua hirundinum c. castoreo, spiritus vitrioli cephalicus, spiritus formicarum acidus, atq; similia. Con-

Contra æstum sitimq; intolerabilem nitrum cum floribus sulphuris aliquoties exhibui, atq; sic utriq; passioni egregiè intrà horam satisfeci, imitatus in hoc vulgare militum experimentum, quo pulverem pyrium contra omnis generis febres ardentes atq; malignas assumere conſueverunt. Moneo tamen circa nitrum, in excessiva doſi non eſſe exhibendum, ne ſudor impediatur requiſitus, aut frigidus inde proſanat. Perplacet mihi proinde arcanum duplicatum, non quod planè alcaliſatum eſt, verùm falſum ritè paratum, quippe quod non tantùm æſtum ſitimq; ſatis compoſcit ſed & blandum ſimul ſudorem movet. In cujus defectu nitrum antimoniatum ſurrogari poteſt, tam quod ex præparatione antimonii diaph. ſimplicis remanet, quàm quod habetur ab antimon. diaph. martiali atq; antihectico Poterii, quod utrumq; ob dulcedinem ferream atq; ſtanneam mihi admodum probatur.

Adhæc ut ſitis ſedetur, potus medicandus eſt. Cereviſiæ, ſi eam ægri non abhorreant, addi debet gelatina C. C. in largiori

Sta ex-  
alepti-  
ad ſo-  
exem-  
um ju-  
rgens,  
t per  
tinuo,  
aret  
bibe-  
em ex  
expe-  
ltum  
â pri-  
aliis fe-  
virium  
gvore,  
nitten-  
atq; de  
c. imò  
od in  
et, addi  
uſum  
tus vi-  
rum a-  
Con-

largiori quantitate, aut loco illius præscribatur decoctum C. C. cum scorzonera, aut julepi probè acidulati spiritu vitrioli (quem tanti æstimavit Mindererus, ut pag. 249. ingenuè fateatur, se nunquam, vel saltem inermem ad pestis curationem accedere, si vitriolorum usus sibi interdiceretur) vel spiritu sulphuris, viridis æris &c. Nimum autem edulcorari non debent, ob metum subsequenti diarrhœæ, ad cuius præcautionem succus cydoniorum addi potest, non minùs infectis conveniens quàm citri succus, juxtà Prævotium de remed. mat. p. 108. & Gabelchoverum Cent. V, cur. 70. in annotat.

De cetero omnis haustus frigidus in peste summè nocivus est; & quod vinum attinet, non ignoro ab Helmontio p. m. 772. ejus potum seriò fvideri, in peste similiter ac aliis morbis malignis; in febre ungarica & petechiali quoque singularem vini usum annotarunt Jo. Rhodius Cent. II. obs. med. 16. & Th. Barthol. Cent. VI. Hist. 7. & Sim. Schultz. in Miscell. Nat. Cur. in Germ. Ann. III. pag. 266. Nihilominus, ut verum fatear, sæpiùs vidi in his morbis  
plus



plus damni quam emolumentum ab ejus  
usu fuisse natum, praesertim si in augmen-  
to malignarum illud petentibus concede-  
retur; nam & praecordiorum anxietas &  
aestus & cephalalgia notabiliter intendi-  
tur, & quandoque deliria atque motus con-  
vulsivi subsequuntur, quoniam imò, si post ho-  
rum symptomatum remissionem potare-  
tur, recruduerunt ut plurimum omnia.  
Dicam igitur quomodo vinum in mali-  
gnis proficit: certum est per quotidianam  
experientiam, vinum modicè sumtum a-  
lacres nos hilaresque reddere ac robur  
corporis augere excellenter; at si co-  
piosius hauriatur, tandem nos somno-  
lentos fieri atque infirmos, ut neque pes  
neque manus, neque lingua satis suum  
officium faciat. Videlicet, quamdiu spi-  
ritus noster vitalis superat vinosum sibi-  
que assimilare potest, tamdiu vires nostri  
corporis augentur; quandocumque verò spi-  
ritus vini nostrum superat spiritum, tum  
suboritur impotens ebrietas. Jam autem  
qui allegatas observationes contempla-  
tur, deprehendit primò non parum sed ad  
fatie-

praescri-  
nera,  
vitrioli  
s, ut  
quam,  
ionem  
inter-  
dis æ-  
non  
diar-  
us cy-  
nfectis  
Præ-  
lcho-  
is in  
num  
p. m.  
ste si  
febre  
arem  
Cent.  
t. VI.  
Cur.  
minus,  
orbis  
plus

fatietatem ægros potasse pleno hæstu;  
 secundo in morbi declinatione præterla-  
 psis aliquot diebus id demum factum esse;  
 tertio blandum subsecutum fuisse somnũ  
 atque sudorem cum insigni euphoria. In-  
 de colligo vinum in his casibus non tam  
 juvasse vi analepticã quã hypnoticã,  
 quatenus ejus sulphur quod spiritui æthe-  
 reo jungitur, plus quã opiatum, spiritus  
 vitales ligavit, ut ab æstu febrili remittere  
 atque placidã somni quiete frui potuerint;  
 interea criticus sudor sponte fluxit. An  
 autem in peste remedium hoc genero-  
 sum æque conveniat, hæreo. Recordor  
 equidem me supra enarrasse historiam ci-  
 vis, qui tali portione non ingrata seipsum  
 statim in principio contagii sanavit; sed  
 recordor infimul, quod in eodem Die-  
 merbrœk legerim, idem experimentum  
 ab innumeris institutum male cessisse, eos-  
 que necasse: quare hoc? quia vix centesi-  
 mus audet pestem superare; ast qui ex de-  
 speratione vinum bibit, nullum inde sen-  
 tiet commodum, siquidem terroris ide-  
 am spiritui animali tenacius inhærentem  
 nec facile vini spiritus ejicit, nec in cor-  
 pore

pore figi expedit, quippe quæ in his subje-  
ctis denuò evolvitur, quotiescunqve tan-  
tillum bubo vel anthrax dolet. Conve-  
nire igitur vini haustus potest aut in pri-  
mo morbi principio, si animum æger rur-  
sus excitarit, aut postmodum in decre-  
mento, quando omnibus patienter per-  
pessis spes restitutionis affulget; an etiam  
in augmento atqve statu pestis utilis sit,  
aliis experiendum relinquo.

Sed pergendum est ad curam reli-  
quorum symptomatum, inter quæ primis  
statim diebus maximè urgent dolores,  
non modo capitis, cordis dorlique, sed &  
bubonum atqve carbunculorum. His  
quæ ratione succurratur externè, dicam  
inferius; verùm illi ab usu sudoriferorum,  
si expulsum fuerit malum, spontè evane-  
scunt. Attamen interdum contumacior  
est dolor atqve vehemens adeò, ut eun-  
dem perferre ægri nullatenus valeant;  
tunc anodyna atqve opiata exhiberi nil  
impedit, nisi quandoq; concurrens sopor.  
Ceteroqve in diascordium Fracastorii tan-  
quam inter cetera theriacalia mitissimum  
minusqve calidum, vel potius simpliciora  
opium

opium fermentatum, ejusque tinctura rite parata adhiberi tuto possunt.

Eodem pacto in vigiliis diuturnis dantur una cum croco atque terris pingvibus. Observavi enim, revera terras sigillatas, bolum armenam, uti & flores sulphuris gaudere virtute somnifera, refrigeratoriâ simul & anodynâ. In horum namque particulis sulphureis spiritus vitales inhærescunt quasi ac detinentur; unde fieri non potest, quin somnus sequatur blandus, quandoque spirituum fervor sive rapidus motus, causa omnis æstus, inquietudinis, agrypniaæ atque delirii sedatus est. Potentiora sunt nitrata hoc in casu, quippe quæ non minus sunt sulphurea, uti ex inflammabilitate eorum liquet, ac præterea actu frigida; ut & ob hanc causam ea caute infectis danda esse supra dixerim.

Ita dubio procul intelligis simul, quænam in deliriis vel præcavendis vel sedandis conducant; alia experiri hunc in finem non potui, siquidem, Deo sint gratiæ, nullus omnium infectorum, qui meo usi sunt consilio, unquam deliravit, etiamsi non unus eorum mortem obierit. Ad-

Adversus convulsivos autem motus, quorsum & palpitatio cordis spectat, antepileptica in aliis febribus malignis quoque usitata adhibui, quæ meo voto satis responderunt, nempe cinnab. antimonii, unicornu verum, liqvozem C. C. succinat. castoreum atque rutam.

Hæmorrhagia rarò mihi obvenit, quoniam eò semper meam direxi curam, ut spirituum & consequenter sanguinis motum præternaturalem unà compescerem. Præscribi autem in ea possunt quæ aliàs usitata sunt adstringentia, Tinct: sulph. vitrioli & hæmatitis, cum coralliis, terra sigill. bolo armena &c. Quæ omnia eodem modo in alvi fluore, frequentiore, in pestilentia, dari possunt cum radice tormentillæ atque terra vitrioli balsam. quæ profectò sola cum opii tantillo, reliquis irritis, aliquoties singulare quid præstare visa est. Adhæc non rarum fuit, diarrhæam per sudorem sublatam esse non secus atque cetera symptomata.

Etenim hæc tutissima omnium methodus est medendi pestilentia per diaphoretica, additis pro ratione circumstantiarum

H

tiarum

tiarum five symptomatum modo adstringentibus, modò refrigerantibus, antepilepticis, corroborantibus, opiatis atque similibus. Nec opus est ut de Venæ sectione, Vomitoriis vel Purgantibus multum simus solliciti. Equidem circa V. S. sæpius orta est disceptatio, an in pestis principio conveniat; in progressu morbi nemo est, qui eam svadere possit. Existimo autem istam controversiam facile decidi, si distinguamus inter juvantia & minus nocentia: fit ita, hunc vel illum post V. S. restitui, adeoque eam tali subjecto maxime robusto non nocere, nondum tamen sequitur eam juvare, cum è contra innumeræ testentur observationes mortem subsecutam esse subitanam in aliis. Quodsi conscientiam dubiam nihil agendum est, multo magis religioni erit ea committere, quæ innumeris dederunt exitium.

Paulò aliter judicandum est de vomitoriis; sunt, qui ea admodum extollunt, quoniam existimant ventriculum primario affici in peste, ob inspiratum atque cum saliva deglutitum contagium; secundo argumentantur ab aliorum morborum,

præ-

præsertim febrium malignarum, cura ad curam pestis; tertio emetica hoc magis urgent, quod videant ægros sponte suâ vomere. Sed respondeo paucis ad primum, eam hypothesein, quæ docet partem primario affectam esse ventriculum, falso niti fundamento; adhæc per experientiam constat vomitoria non æque convenire illis, qui contagium inspirarunt, quam qui ex terrore pestem conceperunt, uti non male annotavit Neumeisterus in epist. ad Sennert. (quæ cum aliis annexa est operibus Sennerti, edit. Lugdun. Ann. 1666.) p. m. 1158. Ad secundum moneo, pestem longè superare omnes malignos morbos, potissimum ob desperationem conjunctam: deinde nec vomitoriis indiget, qui faciliori methodo malignis mederi novit. Ad tertium, existimo non licere concludere à motu naturæ symptomatico ad medendi methodum; sequitur eadem naturam ducem Medicus in motu critico: ecquis verò in contagio cum alvi fluore adhibeat purgantia, aut in hæmorrhagia venæ sectionem? idem agit qui emetica propinat in conjuncto vomitu.

H 2

Quid

Quid si enim in ipsa ventriculi substantia hæreat carbunculus? aut si in ejus cavo resideat humorum peccantium faburra, quid opus est vomitorio, quando ventriculus plus satis sese exonerat spontè.

Si quis tamen vomitoria in cura infectorum exhibere velit, hunc admonitum velim, ut ea juxtà modum Sayeri supra laudati non nisi in primo principio præscribat, antequam bubonis vel carbunculi vestigium appareat. Nemo equidem nostrum, quantum ego scio, facile ea tentavit; unicam autem vidi mulierem clinicam, quæ vomitorium è pharmacopœa allatum primâ die, quâ nauseam & vertiginem sentiebat, assumpsit, à meridie bubo inguinalis erupit, tumquæ meam imploravit opem, restituta est cum DEO, iisdem interim afflicta symptomatibus, quæ ceteri emetico intermisso patiebantur.

Deinde subjectis non nisi paulo robustioribus dentur. Solet enim vomitorium non parùm vires dejicere; sed harum



rum jactura omni studio evitanda est, ne in expellendo postmodum morbo natura deficiat. Et quamvis sudorifera quoque ægrum quodammodo debilitare videantur, maximum tamen inter hæc & illa discrimen intercedit; siquidem unicum vomitorium plus virium deprædatur quam ter repetitum sudoriferum. Imò non semel observavi tam in hoc quam alio morbo sudorem magis levare, si modo legitima diaphoreticorum dosis exhibeatur; minor dosis diu anxios reddat ægros, antequam sudor coactus ac violenter expressus sequatur, tumque non parùm infirmantur; nihil horum patitur ægrotus, si promptè ab assumpto sudorifero sufficienti sudor fluat; ideoque satius esse deprehendi, si paulò largiore, quam si parciore diaphoreticorum dosi utamur. Præterea ut supra innui, ea seligi possunt remedia, quæ facilem sudorem movent, & quæ vires simul analepticas possident, ut hoc pacto robur infectorum vix ac ne vix quidem infringatur.

Porro si quo in casu vomitorium non

modò tutum, sed & necessarium est, erit, sanè tum temporis, quando quis statim à pastu inficiatur; cibus enim atque potus dum à spiritibus perterritis deseritur, non potest non degenerare in cruditates, quæ non tantum morbi vehementiam augere possunt, sed & periculum; quandoquidem medicamenta postmodum assumta, si coacervatis in stomacho pravis humoribus immergantur, nullius sunt usus atque efficaciz. Nisi igitur natura suâ sponte per vomitus ventriculum sufficienter exonerârit, per opportunum est emeticum propinasse.

Eligendum autem est, quod præ ceteris citò vomitum provocet, quoniam tardioris operationem per horam unam alteramque expectare non expedit; item, quod nimium non commoveat corpus, ad evitandum virium dispendium; &, si haberi potest, quod per inferiora non purget, sed per superiora tantum.

Sunt enim purgantia, quemadmodum in reliquis malignis, ita & in peste summè periculosa; ab iis etenim naturæ vires dejiciuntur, sanguis ceterique humores,

mores, laudabiles pariter ac excrementi-  
 tii, commoventur atque turbantur insi-  
 gniter. Quid multa? experientia suffi-  
 cienter demonstravit omni tempore, non  
 modo fortiora purgantia, sed & mitiora,  
 lenitiva tam in principio, quam statu ac  
 decremento fuisse pessima; imò & cly-  
 smata plerumque in majus periculum æ-  
 gros coniecisse, siquidem disparentes post  
 purgantium usum bubones vel inopinata  
 mors ilicò sequitur, vel petechiarum iti-  
 dem lethaliū proventus copiosior.

Sed nunc tandem transeo ad curatio-  
 nem pestis chirurgicam, five externa bu-  
 bonum atque carbunculorum remedia.  
 Bubones, ut supra innui, vel discutiuntur,  
 vel post suppurationem aperiuntur atque  
 consolidantur iterum. Discuti autem  
 possunt variis modis; sed horum quidem  
 alii tuti, alii minus tuti videntur.

De Mercurialibus, quorum efficacia  
 in resolvendis tumoribus morbi gallici  
 aliisque notissima est, dubitandum non fo-  
 ret, quin bubones quoque pestilenciales  
 discutere queant; horum tamen usum mi-  
 nus tutum satis demonstrat unica, quæ a-

pud Dimerbrœck. legitur historia. p.  
 268. Videlicet chirurgus quidam ca-  
 strensis peste corripitur, assumpto sudori-  
 fero prodit in ingvine bubo, levaturque  
 statim æger istâ sequentiqve die; cum  
 verò unguentum mercuriale superimpo-  
 suisset bubo disparuit, febris recruduit cum  
 maxima cordis anxietate, viriû prostratio-  
 ne ac vomitu, paulò post apparuerûnt exan-  
 themata purpurea, & post tres horas mor-  
 tuus est. Idẽ hoc Simonio Medico Parisien-  
 si atq; plurib<sup>9</sup> aliis evenisse ex hydrargyri  
 usu testatur Palmarius de febr. pest. cap. 24.

Quid dicam de oleo scorpionum.  
 Habeo sanè compertum, istud vi repel-  
 lendi gaudere notabiliter. Vidi ante a-  
 liquot annos amicum quendam, cui pro  
 arcano contra scabiem communicatum  
erat hoc oleum, se crebrius eo inunxis-  
 se, atqve hoc pacto scabiem semper e-  
 vanuisse, sed in loco vicino apparuisse  
 eodem tempore, postquam verò meo  
 consilio expellentia assumsisset, planè  
 convaluit ab ejusdem olei inunctione.  
 Non dissimilia sunt quæ in peste corre-  
 ptis observavi. In omnibus quidem post  
 ole-

oleum scorp. bubonibus iunctum depre-  
hendi dolorem cessasse tumoremque im-  
minutum fuisse quovidiè; multis hoc pro-  
fuit egregiè, nimirum qui largiter simul  
sudabant: nihilominus in aliis, præsertim  
qui bubone subalari laborabant, manife-  
stò cordis anxietas aucta est, eventu mi-  
nùs felici. Sunt equidem non pauci, qui  
pro summo contra pestem arcano id com-  
mendant, vid. præ cæteris Osw. Gabel-  
choverus Cur. Med. Cent. V. cur. 98. in an-  
notat. Velim tamen notari, ab iisdem  
oleum scorpionum Matthioli non bubo-  
nibus aut carbunculis, sed regioni cordis  
atque pulsibus inunctum, atque hanc in-  
unctionem si necessitas urserit, post tres  
horas repetitam fuisse. Pari fortè intenti-  
one, sed impari successu plures quidam  
Medic<sup>9</sup> anno præterito iusserat, non modò  
præservativè sed & curativè pectus simul  
atque dorsum munire emplastro magnetico  
arsenicali, theriaca atque mithridatio. Ve-  
rùm exinde in fanis quoque angustia præ-  
cordiorum secuta est non levis. Quàm ine-  
ptū autem fœminis hoc pectorale fuerit, qui-  
vis conjicere non difficulter potest. Si quid

in parte agendum est, probarem potius inunctionem pectoris ex oleo scorpionum Matthioli, præsertim cum in malignis febribus illud ipsum non inefficax deprehenderim. Biennium ferè præterlapsum est, quo Studiosus Medicinæ de contubernalis sui ægritudine apud me conqveritur, consiliumque petit contra calculum renum. Ego verò regionem lumborum atq; dorsum sæpius oleo scorpionum Matth. inungi, atqve oculos cancerorum fortè cum sale vol. succini intrò assumi jubeo; ast cum altera die ægrum accedo, ecce tum dolorem dorsi statim ab inunctione sedatum, ast pectus atqve brachia petechiis conspersa intelligo. Lætor itaqve consilium meum præter intentionem optimè cessisse, atqve ut certus evaderem, num oleo scorpionum verè virtus sedandi atqve discutiendi dolores malignarum febrium competeret, præscribo id aliis quoque datâ occasione, ac omninò conveniens, quod casu inveneram, remedium deprehendo. Quod si igitur maligni ati hoc oleum resistit, verosimile est, eam à corde quidem expelli, si pectus inungatur,

ungatur, sed contra repelli eandem si bubonibus applicetur. Nam & per os exhibitum ad drachmam unam alteramve, in peste incredibilem præstare effectum testis est Anton. Fumanellus; & ab uncia ejus una, quam delirans infectus per errorem epotavit, tres simul bubones disruptos, eademque nocte sedata deliria, sublatumque periculum, legi potest apud Gabelchoverum c. l. pag. 219.

Quæ de oleo scorpionum exterius adhibito dixi, eadem penè observavi post usum bufonum; etenim nullus unquam bubo ad maturationem devenit, cui mature vel oleum scorpionum inungere vel bufonem deficcatum superimponere iussi. Certum autem est dolorem inde sedatum tumoremque imminutum tandemque sublatum fuisse; ast virus pestilentielle hoc modo extrahere non licuit. Paracelsus quidem in tr. I. de pestilitate p. 335, ranas, bufones, cochleas, tincas, anguilam, murænas, passeres, gallos, pavones, cornices, corvum, ciconiam, & in genere omnia animalia, quæ araneis similibusque venenis vescuntur, commendat contra pestem,

pestem, specialiter autem in consil. anti-  
 pestil. ad Sterzingenses p. 358. bufones in  
 sole desiccatos bubonibus pestilentialibus  
 imponere jubet, donec venter illorum ab  
 extracta virulentia intumescat & turgeat.  
 Huic adstipulatur inter alios Hartmann.  
 in prax. chymiatr. p. m. 917. his verbis:  
 bufones exsiccati, sed per caput saltem  
 (sinimirum per corpus transfigantur,  
 non attrahunt venenum) transfossi & tu-  
 moribus (pestilentialibus superimpositi  
 (ventre bufo applicetur) manente cute  
 integra venenum ad se attrahunt, ita  
 ut licet aridissimi sint & malleo compla-  
 nentur (ante complanationem ducantur  
 per acetum, vel relinqvantur in loco udo)  
 tamen paulatim ita turgescunt, ut quasi  
 rumpi videantur.

Verum ego non modò transfossos  
 sed & suspensos & fame extinctos adhi-  
 bui promiscuè in viris pariter ac fœminis,  
 (non obstante quod Paracelsus p. 347.  
 potius sexui seqviori eos commendat.)  
 fuitque omnium unus idemque effectus,  
 nunquam tamen bufonem tumidum,  
 sed omninò verissima deprehendi, quæ  
 Hel-



Helmont p. 884. habet: fateor, me bufo-  
nes applicuisse bubonibus & escharis  
tam in pectore, capite, mammillis quam  
alibi, tam in viris quam mulieribus; ac  
ubique non sine prompto juvamine &  
doloris mitigatione, at nunquam vidi  
applicatum bufonem intumuisse tantil-  
lum.

Quid multa? idem Helmont bu-  
fone quoque pulverisato usus est, in aquæ  
simplicis tantillo ad consistentiam pultis  
decocto, atque ab hujus applicatione sub-  
inde dolorem anthracis bubonisque mi-  
tigatum notavit p. 876. Imò Paracelsus  
ipse p. 347. bufonem ranamque contun-  
dere jubet atque cum opopanace, galba-  
no, serapino atque bdellio in aceto ro-  
faceo solutis, camphorâ item atque flor.  
sulphuris commiscere docet pro usu ex-  
terno in bubonibus virorum æque ac mu-  
lierum. Proinde non video quam-  
obrem superstitiosa illa atque phantasti-  
ca per caput transfossio instituaturs atque  
adeo inculcetur, quandoquidem pulve-  
risatus bufo easdem adhuc virtutes nem-  
pe anodynas, non minus quam integer  
possidet.

Spe.

Spectant huc quoque illa, quæ de hyosciammo & brassicæ foliis asseri Schenck L. VI p. 800. De hyosciammo quidem refert è Mizaldo, illum bubonibus admotum feliciter hos sanare atque dispergere; ac prætereà si quis saltim hanc plantam secū gestet, tutissimum fore à bubonibus pestilentialibus. Quamquam verò hoc ipsum amuletum contra bubones in medio relinqvam, non tamen dubito de virtute ejusdem hyosciammi externa, si jam præsentibus buboni applicetur. Cum enim sæpissimè illius efficaciam deprehenderim insignem tam in discutiendis tumoribus podagricorum quam testiculorum summe dolentibus, idcirco mihi admodum probabile videtur, simile quid præstare posse in bubone maligno, propter vim anodydinam, quæ in hyosciammo manifesta est.

De brassica postmodum subjungit, hujus folia, si buboni pestilentiali imponantur, è vestigio illum retropellere, ast sinistrâ ad salutem viâ; hoc enim pacto in Italia solet plebs paupercula pestem celare, ob quam si innotescat, ex urbe ejicitur. Malunt scilicet exitium quam exilium, vi-  
tæ

tæ potius quàm rei familiaris dispendium pati. Videtur autem brassica hæc refrigerando repellere, quemadmodum aliàs inflammationibus applicata æstum sedare atqve tumorem discutere solet, vel etiam lac extinguere, si mammis brassicæ capitatæ folia frigide applicentur atqve iteratò. Igitur cum cautione imitandum est vulgi experimentum, cuius Diemerbræck p. 249. meminit, quando bubonibus æqve ac anthracibus brassicæ rubræ folia oleo raparum imbuta adhibuerunt optimo cum successu. Videtur namqve hoc remedium potius carbunculis convenire quàm bubonibus, uti suo loco dicetur.

Igitur ut constet, quid in genere de medicamentorum externorum discutientium vel repellentium usu in bubone pestilentiali statuum, lubet paulo penitius sed breviter eorum differentiam ac modum operandi examinare. Videlicet, Discutientia (quo nomine generali omnia remedia compello, quæ tumorem quendam quocunqve modo resolvunt ut evanescat) alia sunt anodyna, alia refrigerantia

tia

— — — — —  
 tia, alia antispasmodica, alia adstringen-  
 tia, alia deniq̄ve strictiori sensu resollen-  
 tia, volatilia, acria, & penetrantia.

Anodyna, sive mitiora uti lac tepi-  
 dum, butyrum non salitum &c. sive tor-  
 tiora ex croco, solano, mandragora, hyo-  
 sciamo atq̄ve opio parata, plurimi sunt u-  
 sus in tumorib⁹ dolorosis. Quamdiu nam-  
 que dolor furit, tamdiu quoque tumor ac-  
 crescit, ubi verò dolor cessat, tum rema-  
 nens tumor vel à natura ipsa discuti po-  
 test, vel ad maturitatem deduci, si jam  
 fortè collecta sit materia purulenta.

Idem possunt refrigerantia in inflam-  
 mationibus; sperma ranarum, albumen  
 ovi, sal comm. nitrum & remedia saturni-  
 na, minium, cerussa, lithargyrium &c.  
 Quis enim nescit ab horum usu e.g. erysi-  
 pelas evanescere, quamprimùm æstus  
 sedetur.

Nonnunquam verò antispasmodica  
 requiruntur, ruta, verbena, betonica, hy-  
 pericum, camphora, succinum, bals. peru-  
 vianus, petroleum, pingvedo cati sylve-  
 stris, castorei &c. Videmus enim quo-  
 tidie v.g. ab infixa spina vel contusione  
 pri-

primùm dolere partem læsam, ex dolore crispantur fibræ, ac postea accrescit tumor, hoc magis, quò major fuerit dolor atq̃ve fibrarum spasmus. Hic nimirùm ipse cùm circulum sanguinis quodammodo intercipiat, ac sanguinem quidem per arterias è corde appulsum admittat, refluxum autem per venarum compressionem impediat, fieri non potest, quin à retento in partium poris sanguine tumor in tantum assurgat, in quantum earum fibræ sese extendi patiuntur. Atq̃ve huic spasmo sicuti anodyna & refrigerantia, dum causam spasmi, nempe dolorem vel æstum tollunt, medentur per accidens; ita primariò antepileptica seu antispasmodica conveniunt, præsertim si pars affecta nervosa sit admodum aut membranosa, v. g. in tumoribus capitis, testium, articulorum &c.

Hæc sunt remedia quæ fibrarum præternaturalem tensionem tollunt; verùm etiam dantur tumores, qui potiùs à nimia laxitate fibrarum proveniunt, nempe mi-

nūs dolentes, serosi vel œdematosi. Huic fibrarum imbecillitati occurrimus vel nervinis jamjam recensitis, ac potissimum roborantibus, salviâ, majoranâ, roremarino, spica, lavendula &c. vel adstringentibus, uti sunt flor. rosarum rubr. ba-laustiorum, cortices granat. folia myrti, quercûs, gallæ, sangvis draconis, bolus cum aceto, vitriolum, alumen.

Deniq̄ve sunt & alia, quæ ipsam materiam peccantem & morbificam, nempe sangvinem congrumatum, serum viscidum &c. attingunt atq̄ve resolvunt, e.g. flor. chamomillæ, sambuci, semen anisi, chelidonium, (à cuius radice intrâ 7. horas bubonem pestil. discuti Tabernæmontanus affirmat) gummi ammoniacum, sagapenum, vinum, spiritus vini, acetum, spir. lumbicorum terrestr. salis ammoniaci, urina, & quæ ex mercurio parantur inunctiones atq̄ve emplastra.

His præmissis facile est judicare, quænam ex jam recensitis remediis in cura bubonum malignorum locum habere  
que-

queant. Danda nimirum est opera, ne repellatur tumor, sed ut potius per cutis poros discutatur. Adstringentia igitur & nimium refrigerantia hic absint; adhibeantur autem anodyna si dolor urgeat, cum antispasmodicis & solventibus; ut & refrigerantia mitiora, si inflammatio accedat. Utinam verò discutientia facultatem, quam veteres iis assignarunt, poros cutis aperiendi ac dilatandi, humoresque tumorum vitiosos in vaporem convertendi certò atque semper possiderent. Quid enim convenientius foret, quam illorum ope malignum virus è bubonibus elici. Sciendum ergò est, discutientium horum vires saltim in eo consistere, quòd resolvendo aptam ad dissipationem reddant materiam, quam postmodum sola natura sive spiritus expellere valet. Itaque si hæc deficiat, remeat potius intrà corpus vitium, non secus ac si repellentia adhibeantur. Atque hanc ob causam eadem hæc remedia discutientia nunc profunt, nunc verò, imprimis si medicamenta interna non æque coope-

Huic  
us vel  
simum  
rema-  
dstrin-  
or. ba-  
myrti,  
bolus  
mate-  
nempe  
visci-  
nt, e.g.  
n anisi,  
7. ho-  
emoni-  
am, fa-  
cetum,  
moni-  
rantur  
quæ  
cura  
abere  
que-

rentur, magis nocent. Hoc igitur qui vitium, malunt potius bubonum virus per maturationem evocari quam dissipari; ast sicuti frustra tumorem, qui jam ad suppurationem vergit, discutere, ita non minus inconvenienter maturationem quandoque accelerare nonnulli moluntur. Utantur alii ventosâ, vel attrahentibus acrioribus, aut etiam causticis & vesicantibus, cantharidibus, flammulâ, ranunculo acri &c. ut humorum affluxum bubonisque incrementum promoveant atque accelerent; mihi tamen minus placere potest, quoniam plerumque ob dolorem jectigatio, anxietas præcordiorum cum febre intenditur. Ad hæc facile iis carere possumus: aut enim in principio tumor est parvus, tunc sane discutientia externa sufficiunt, si modo sudorifera interna simul assumantur: aut tumor magnus est atque ad suppurationem sponte inclinatur, quid opus est attrahentibus? Præscribantur tamen potius emollientia & suppurantia, violaria, malva melilotus, radix lil. alborum & altheæ, radix cynoglossæ, quam præ aliis hoc in casu Droë-  
tus



tus commendat juxta Dimerbr. p. 249. Imò verò ipsa superius laudata discutientia, si ad suppurationem tendat bubo, non parùm eundem maturare solent, nam & anodyna, refrigerantia & antispasmodica fibrarum duritiem emolliunt, adeoq̄ve faciliorem puri exitum parant, & resolventia, quam discutere non possunt, materiam dum commovent, sollicitant quasi ipsam naturam ad ejus exclusionem. Quis enim nescit e.g. emplastr. de meliloto, diachylon atq̄ve similia si mature applicentur, varios tumores discutere, aut suppurare, si jamjam materia ad dissipandum inepta fuerit. Ubi verò bubo aperiendus est, nil vetat scalpello aperiri; at qui ferrum reformidant, possunt emollientibus addere cepas vel ficus, sic enim prompte pus egreditur, ut neq̄ve hunc in finem vesicatoria aut ruptoria fortiora requirantur. Tandem ut mundificetur iterumq̄ve consolidetur ulcus, adhibeatur bals. sulphuris, emplastrum diasulph. Rulandi, ungv. Balsilicon, prunella, plantago &c.

Paulò aliter medemur carbunculis.

Horum quidem dolor atque ardor, longè superat bubones, ac propterea requiruntur non tantum anodyna, sed & refrigerantia fortiora. Pulvis bufonis deficcatus, quem Helmont commendat, egregius est, non secus ac herba Paris atque crocus, plantago item & semper vivum, quæ inter alia jam olim Dioscorides præscripsit. Spectat huc Avicennæ cataplasma ex malo punico aut ex carne cydoniorum, quod præ omnibus extollit Prævotius, nec non fuligo cum sale atque ovorum vitellis mixta, quo remedio sæpius feliciter usus est Paræus. Atque hoc pacto si dolor æstusque sedetur, non opus est, ut ad uberiores carbunculi progressum inhibendum butyrum antimonii adhibeamus, vel scarificemus profundè juxta Galenum, vel juxta Celsum ferro candente aduramus, vel cum Paracelso atque Helmontio crystallum circum ducamus aut sapphirum.

Potiùs suppurantia postulantur, ut à carne sana carbunculi separentur; quem in finem Myrepsus carnem bubulam

im-

imponere jubet, cuius ea est virtus, ut post triduum carbo cum radice excidat. Folia verbenæ rectæ mirè deprædicat Ætius, calendulam Valleriola, scabiosam Augenius, lysimachiam Hollerius, succisam Sennertus, oleum galbani Keslerus. Quæ de smilace aspera ex relatione Donzelli Bartholinus hist. anat. Cent. VI. hist. 27. memorat, curiosa sunt; affirmat enim per experientiam rusticorum Neapolitanorum constare, quod ejus folia si facie lævi atq̄ve glabra applicentur anthraci, feliciter materiam peccantem educant, & contra humorem ad interiora repellant, si pars rugosior atq̄ve candida invertatur.

Postquam autem carbunculus separatus est, tum demum ad mundificantia & consolidantia descendere licet, sulphurea nempe & cetera ad ulcus bubonum commendata; quibus non immeritò adjungere licet consolidam majorem pariter ac minorem, quarum utramq̄ve pro mirabili ad carbunculos secreto habet.

Cor-

Cortilio, si modo recens contusa impo-  
natur.

Hæc sufficiant, L. B. quæ si Tibi for-  
tè placebunt, benè est; sin minùs, scias,  
me quidem censuram eruditorum exoscu-  
lari, ast imperitorum caluminas  
parùm æstimare.

Tantum.



impo-

ibi for-  
s, scias,  
exoscu-  
as



DE PASTOR A

...

...

...





2  
No. 4617

R

ULB Halle 3  
003 485 315  


VD 77

M. ...







D. A. Q.  
DISSE  
LIPSI  
PES  
Anni



Prostat apud Lat  
Bibliopol

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

**KODAK Color Control Patches** © The Tiffen Company, 2000

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT  
3/Color Black

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	Black
------	------	-------	--------	-----	---------	-------	-------